MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80030-7

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PLANCK, HEINRICH

TITLE:

Q. ENNII MEDEA...

PLACE:

GOETTINGAE

DATE:

1807

Master Negative #

91-80030-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87En6
XP

Planck, Heinrich, 1785-1831.

Q. Ennii Medea commentario perpetvo illvstrata cvm fragmentis qvae in Hesselii, Mervlae, aliisqve hvivs poetae editionibvs desiderantvr. Accedit Dispvtatio de origine atqve indole veteris tragoediae apvd Romanos. Dissertatio qvam... palam defendet avctor Henricvs Planck... Goettingae, typis J. C. Baier, [1807]

vi, 134 p. 21½ cm.

Thesis, Göttingen, 1807.

13035

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 5/6/91 INITIALS MD

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter



Inches






MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

87En6 XP
Q

Columbia College
in the City of New York

Library.

This book is due two weeks from the last date stamped below, and if not returned at or before that time a fine of five cents a day will be incurred.

JUL 10 1935

Q. ENNII

M E D E A

COMMENTARIO PERPETVO ILLVSTRATA

CVM

F R A G M E N T I S

QVAE IN HESSELII, MERVLAE, ALIISQVE HVIVS POETAE EDITIONIBVS DESIDERANTVR.

ACCEDIT DISPVTATIO

DE

ORIGINE ATQVE INDOLE VETERIS TRAGOEDIAE APVD ROMANOS.

DISSERTATIO

QVAM

PRO FACVLTATE LEGENDI RITE OBTINENDA

CONSENTIENTE

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

DIE XIV. MART. MDCCCVII

PALAM DEFENDET

AVCTOR

HENRICVS PLANCK

PHILOSOPHIAE DOCTOR, ET COLLEG. REG. REPET. SODALIS.

GOETTINGAE,

TYPIS J. C. BAIER, ACAD. TYPOGR.

M E D E A

Adſpicite, o Cives, ſemis Enni imaginis formam:
Hic veſtrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletum
Faxit, cum volito vivu' per ora virûm.

Cic. de Orat.

FEB 1 1895 SL-27 638

1900?4

PRAEFATIO.

Pauca tantum de conſilio ac fine libelli hujus, quem Supplementi inſtar ad Heſſelianam Ennii Fragmentorum editionem accedere volumus, praemonenda erunt, cum maximam partem ea, quae in praefatione tradi ſolent, in diſputatione noſtra, Medeae fabulae praemiſſa, expoſita legantur. Vnde, ne de conſilio noſtro atque voluntate quis dubius incertusque haereat, de eo tantum verba quaedam erunt facienda, quid in nova hac Meſſapii poëtae fragmentorum, adhuc a viris doctis, qui colligendis veterum ſcriptorum, veluti e naufragio tabulis operam impenſe dederunt, omiſſorum collectione praeſtare in propoſito habuimus. Ac hic merito conjicere licet, primum id plurimis miratione injecturum fore, quod Medea tragoedia, quae eadem jam ab H. Columna illuſtrata editaque eſt, iterum hac quoque noſtra in Sylloge excuſa appareat, a cujus fine ac conſilio plane tamen aliena judicanda videatur. Sed ignoſcent, ſi auctorem, eum oblata occaſione, quam titulus libelli indicat, ad ſcriben-

dum

dum animum primo adpelleret, ſola hac de fabula, in lucem edenda commentarioque illuſtranda cogitaſſe comperient. Pluribus enim abhinc annis in veterum Latinorum poëtarum reliquiis verſatus, ex iis collectis, atque undique congeſtis multa peti poſſe intellexeram ad ſermonis antiqui indolem ac copiam cognoſcendam, ad origines linguae veteris Latii exquirendas, ad intervalla varia cultioris ejusdem magisque expolitae diſtinguenda, ad emendandos illuſtrandosque aliorum auctorum locos, quorum ſententia a verbis antiquatis pendet, ad accuratius denique intelligendam rationem eam atque modum, quo a Graecis plurima litterarum inſtitutionisque genera mutuati ſunt Romani. Acceſſit alia deinceps ratio, qua inprimis ad veteris tragoediae Romanae fragmenta ac lacinias colligendas ducebatur animus, ea ſcilicet, qua comparatis Latinae tragoediae fragmentis cum Graecorum, e quibus translata eſſent, fabulis, argumentatio forte tutior duci poſſit, ad deſcribendam antiquam ejusdem indolem ac formam. Sed in his nulla aptior, magisque finibus propoſitis conveniens eſſe videbatur Ennii Medeâ, quae et ab antiquorum approbatione, et a multitudine fragmentorum inde reſiduorum commendationem haud parvam habuit. Nulla alia quoque fuit fabula, in qua adeo multa corrigenda ac ſupplenda erant, quam in hac; nam quae de altera ejusdem Ennii Medea ſomniaverant interpretes, omnia perturbarant.

Quae

Quae ſuo ordine, ſuoque loco reponere conati ſumus, quaeſtione de duplici Medea fabula ad criticum examen revocata, rationibusque redditis, propter quas nobis viri alioquin doctiſſimi hac in cauſſa erraſſe viſi ſunt. Cui operi ſtudium noſtrum diligentiamque omnem impendendo, multa alia et in Grammaticis, et in reliquis ſcriptoribus occurrebant, quae cum in noviſſima Ennii fragmentorum editione, a Fr. Heſſelio adornata, deſiderari videremus, haud ingratam forte antiquitatis romanae ſtudioſis opinati ſumus operam navare, ſi ea adnotata ac in unum collecta, ad calcem libelli noſtri, ſupplementi inſtar, adderemus. Vnde factum eſt, ut, quod ante in propoſitis fuit, conſilio mutato, duas partes diſſertationis noſtrae conſtitueremus, unam, qua Medea fabula commentario illuſtraretur, eaque ſuo quaevis loco reponerentur, quae hucusque in alteram ejusdem nominis tragoediam conjecta erant; alteram, qua fragmenta traderentur, quae aut ex Annalibus, aut Tragoediis Comoediisque, aut aliis denique operibus auctoris noſtri, ab antiquis ſcriptoribus citata, in Fragmentorum ejus collectionibus noviſſimis non legebantur. Prolegomenorum inſtar adjuncta eſt diſputatio de veteris tragoediae Latinae origine atque indole, in qua de primis hujus poëſeos apud Romanos incunabulis, de modo ac ratione, qua ex Graecis transferebant Latini poëtae, de virtutibus ac ingenio antiquiſſimorum tragicorum, ac de ce-

teris rebus, huc pertinentibus, quantum in noſtris viribus erat, expoſuimus. De ratione atque methodo, quam in critica textus antiqui emendatione, ſingulorumque in locorum difficilium interpretatione ſecuti ſumus, partim in diſputatione ipſa expoſitum eſt, partim ſuo loco cauſſas ediximus, propter quas aut textum mutare, aut antiquam dictionem pro recentiore atque vulgari recipere auſi ſumns. De vita Ennii, ingenio, doctrina, atque ſcriptis ſingulatim diſſerere non placuit: id quod ab H. Columna copioſe ac praeclare praeſtitum eſt, quem ſupplere tantum, haud novam Fragmentorum editionem adornare, in voluntate poſitum fuit. Qua ex Supplementi ratione, editionum quoque, ſi ita ludere licet, recenſum ſubdidimus, qui pariter apud Heſſelium deſiratur, ac in quo partim de variis Collectionibus locuti ſumus, in quibus poëtae noſtri reliquiae aut ſeorſim, aut cum aliis ejusdem aetatis atque generis auctoribus editae ſunt, partim de vitiis ac erroribus, qui ab interpretibus commiſſi notatione nobis indigere videbantur. Qua inſtituti noſtri ratione indicata verecunde eorum judicio nos ſiſtimus, apud quos de noſtro labore judicandi eſt facultas.

INDEX.

INDEX EDITIONUM ENNII.

Ludovicus Vives primus fuit, qui de colligendis illuſtrandisque poëtae noſtri fragmentis cogitavit, ut ipſe fatetur in nott. ad Auguſt. de Civ. Dei. II. 21. (Baſ. ap. Io. Froben. 1522 fol.). Sed ne opus abſolveret, morte impeditus eſſe videtur.

1564. *Roberti et Henrici Stephani fragmenta veterum poëtarum Latinorum.* Par. 8.

A novitate rei, adhuc nondum tentatae, haud parvam excuſationem habet prima haec Ennii fragmentorum collectio. Leguntur fragmenta, ſingulis ſub titulis diſpoſita, inde a pag. 77-136. ſed ſine ordine, necdum face critica admota. Ex XL. Annalium fragmentum affertur, qui libri numerus ex librariorum vitio apud Feſtum pro XI. in textum veniſſe cenſendus eſt. Nam Ennius octodecim tantum libris longi operis ambitum circumſcripſit. Alius locus, ex primo Annalium, qui corrupte apud Nonium citatur: *Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetuliſti*, ad Ilionen tragoediam refertur, quae ab Ennio nunquam ſcripta eſt. Item Lupiaſtae comoediae tribuitur verſus, qui in primo Annalium nunc ita legitur: *Aſt hic, quem nunc tu tam torviter increpuiſti.* Hujus enim nominis fabulam ab Ennio ſcriptam non noſcimus. Emendandus deinceps verſus ex Nonis laudatus: *Unde florent fructus vitaque propaginem*, quem Merula ſic dedit: *Nobeis unde forent fructus, veitaique propagmen.* — Ex *Sabinarum* opere aliquid citatur, quod eſſe debet ex *Satirarum*; item ex *Probro* apud Nonium, quam abſurdam interpretationem notavit jam Columna p. 294.

1590. *Q. Ennii poëtae vetuſtiſſimi fragmenta, quae ſuperſunt, ab Hieronymo Columna conquiſita, diſpoſita et explicata, ad Joannem filium.* Neapoli e typographia Horatii Salviani. 4. Pag. 505.

Qui primam hanc omnium, quae ſuperſunt, Q. Ennii fragmentorum editionem accuratius inſpexerit, boni interpretis laudem et in explicandis locis difficilibus, et in conquirendis, id, quod praecipue in tragoediis factum eſt, locis parallelis Graecorum, quos poëta in vertendo ante oculos habuit, auctori denegare non poterit. Quae tamen eadem diligentia deſideratur cum in annalium interpretatione, quatenus ab hiſtoria lucem accipiunt, tum in critica operis parte, cujus momentum atque gravitatem in hisce ſtudiis nondum perſpectam ſatis habuiſſe videtur editor. Quae in volumine contenta ſunt, ita invicem ſeſe excipiunt: Primum locum occupant teſtimonia veterum auctorum de Q. Ennio, quibus adjuncta eſt poëtae vita, cum ſatis magno eruditionis lectionisque adparatu deſcripta. Fragmenta ipſa in quatuor tomos diſtribuit Columna: primus *Annalibus* aſſignatus eſt, quorum quadraginta libros profert auctor, eodem ſcripturae vitio deceptus, quod ſupra in Stephano notavimus. Alter ſiſtit *Phageticorum*, *Epigrammatum*, *Scipionis*, *Epicharmi*, *Aſoti*, *Satirarum*, *Proteptici et Praeceptorum* reliquias. Tertius continet tragoedias comoediasque, quae ſequenti ordine inducuntur. Ex tragoediis: *Medea*, *Altera Medea*, *Iphigenia*, *Achilles*, *Ajax*, *Telamon*, *Hectoris luſtra*, *Alexander*, *Andromache*, *Hecuba*, *Eumenides*, *Duloreſtes*, *Erechtheus*, *Creſphontes*, *Athamas*, *Andromeda*, *Telephus*, *Thyeſtes*, *Phoenix*, *Menalippe*, *Alcmaeon*, *Creſſae*, *Alceſtis*, *Nemea*, *Iliona*, *Antiopa*. Ex comoediis: *Amphithrafo*, *Ambracia*, *Pancratiaſtes*. Quartum denique tomum vindicant ſibi ex *Evemero* fragmenta, et quae praeterea ex incertis plane libris afferuntur. Multa ſane huic operi ineſſe debere, quae magni viri acumen oculumque criticum effugerint, res ipſa docet: unde haud inutilem operam navare nobis videmur, ſi ad paginarum ordinem, qua fieri poteſt, brevitate ea recenſebimus.

Pag. 54. Verſus ex primo Annali ... *Hujus, Nate, auſpiciis illa incluta Roma*, non Ennii eſt, ſed Virgilii, apud quem exſtat in Aen. VI. 781. Citatur apud Iſid IX. 11. *Alii a Romulo, ut En hujus* cet. e quo factum eſt *Ennius: Hujus*, ſed perperam. Cf. Merulam ad Enn. p. CCV.

P. 135. In verſibus: — — *Legio reditu rumore ruinas Mox auferre domos popoli rumore ſecundo*, tria ultima verba, *popoli rumore ſecundo*, Feneſtellae, ex quo ap. Nonium laudantur, gloſſam eſſe recte judicavit Merula p CCCCXLVII. Cf. ad Aen. VIII, 90. ed. III. Heyn.

P. 293.

P. 293. Verba: *Alii rhetoricam tongent* ... ad Aſotum referuntur, quae Fornerii Gloſſarium ex lib o XVIII. Annal. citat. Cf. Merul. p. DCII.

P. 299. Ex Satirarum libr. VI. citantur quaedam, ſed haud dubie apud Donatum pro libri ſexti numero, reponendus eſt quarti, cum Porphyrius ad Hor. Sat. I. 10. Ennium quatuor tantum Satirarum libros edidiſſe tradat.

P. 303. Liber Ennii, *Acroſtichides* inſcriptus, inducitur, ſed Ciceronis verba de Div. II. 54. de verſibus tantum ſingulis, in Ennii operibus obviis, intelligenda.

P. 328. Fragmenta ex altera Medea leguntur, de quibus cf. nos infra in Arg. Med.

P. 362. Verſus ex Andromacha citati: *Ex opibus ſummeis* cet. et *Quid petam praeſidii* cet. conjungendi ſunt, ut ex Cic. Tuſc. III. 19 patet.

P. 368. Verſus a Cicerone Tuſc. I. 44. laudati: *Heu reliquias ..... divexarier*, in Andromacha fabula reponuntur, ſed pertinent ad Ilionen, ut clare videre eſt ex eodem Cic. Acad. IV. 27. non ab Ennio ſcriptam, ſed a Pacuvio. Ex Ennii enim Ilione, quae vulgo creditur, nullum omnino fragmentum ab antiquis auctoribus allatum invenimus; quae igitur pag. 445. ex hac fabula a Columna ponuntur, referenda ſunt ad Pacuvii Ilionen, excepto illo: *O pietas animi* .... quod hexametrum olet, eamque ob cauſſam a Merula jam ad Incerta ex Annalibus relatum eſt.

P. 373. In eadem Andromacha verſus legitur: ... *di* .... *m eſt. uam muſſare ſi* ..... (qui ita reſtituendus: *Dice jam, mater non eſt, jam muſſare ſine*). Sed ex Attii Andromacha aperte Feſtus citat.

P. 383. Diſtichon: *Etſi ſegetem* etc. a Cicerone Tuſc. II. 4. ſuppreſſo auctoris nomine citatum, et ab editore ad Ennii Hecubam relatum, non hujus poëtae eſt, ſed Attii potius, ut veteris lectionis varietas ap. Cic. l. c. probat, ſecundum quam, quae vulgo leguntur: *falſumque eſt illud, ac improbe, Etſi* cet. ea ita efferuntur: *falſumque eſt illud Acci: Probae etſi* cet. Quam lectionem etiam Cl. Wolfius in textum recepit.

P. 438. Nova tragoedia, *Creſſae* inſcripta, perperam ex Nonio excitatur, cujus verba (v. *fretum*) ſecundum veram lectionem ita ſonant: *fretum neutri tantum generis eſſe volumus. Maſcul. Ennius: Craſſa pulvis oritur, omnem pervolat caeli fretum;* non igitur *Ennius Creſſis:*

pulvis cet ut a Columna legebatur. De Creſſis tragoedia, ab Ennio ſcripta, nihil omnino ſcriptis litteris traditum eſt.

P. 463. Ex incerta tragoedia fragmentum legitur: *Minime nomine fieri pravum.* Sed vera Donati lectio eſt: *Tum memini me fieri pavum,* quod idem Columna jam in primo Annali recte repoſuerat.

P. 504. Perperam in textu eſt: *Oſtium minuſculum,* tanquam ab Ennio dictum, pro quo reponi debet: *feneſtra,* ut patet ex Macrob. III. 12. *Item Antonius Gnipho, vir doctus, cujus ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat, quid ſit feneſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario: quo verbo Ennius etiam uſus eſt.*

Haec fere ſunt, quae nobis, librum evolventibus, notatu digna ſeſe offerebant; quibus quam parum celebris auctoris laudibus meritisque detrahatur, is optime intelliget, qui ipſe forte exemplo ſuo difficultates expertus eſt, quibus hoc ſtudiorum genus premitur.

1590. *Fragmenta Epigrammatum et Phageticorum,* in *Petri Pithoei Epigrammatum veterum Collectione.* Par. 12.

1594. *Fragmenta Tragoediarum, in Mart. Anton. Delrii Syntagm. Trag. Lat. Tom. I.* Antw. 4.

Apud Fabric. in Bibl Lat. I. p. 666. ed. Ern. prima hujus libri editio ad a. 1507. laudatur, ſed haud dubie eſt vitium typographi, cum magnus vir ipſe aliis locis (cf. III. p. 234) nunquam hujus editionis mentionem faciat. Quod ad recenſionem ipſam attinet, fragmenta magna cum induſtria conquiſita ſunt, doctisque editoris opinationibus multam haud raro lucem acceperunt. Ordo, quo inducuntur, eſt hic: *Achilles, Ajax, Alceſtis, Alcmaeon, Alexander, Andromacha* (ex qua delendus verſus: *Dic jam, mater non eſt,* cet. nam Attii eſt, *Andromeda* (in qua fragmenti: *Ad cavationem coeli ingentes fornices,* duo priora verba ad Varronis, qui id citat, orationem pertinent) *Athamas, Creſphontes, Duloreſtes, Erechtheus, Eumenides, Iliona* (delenda, cf. ſupra ad Col.) *Iphigenia, Hectoris Luſtra, Hecuba, Medea, Menalippa, Phoenix, Scipio* (qui rectius carmen epicum fuiſſe putatur) *Telamon, Telephus, Thyeſtes.* Ex incertis tragoediis multa proferuntur, quae facile loco ſuo reſtitui potuiſſent, ut e. g. p. 107. *Andromachae nomen qui indidit,* ad Andromacham, ibid. *Quapropter Parim* cet. ad Alexandrum, ibid. *In luſtris nos* cet. ad Hectoris Luſtra, aliaque, quae ſingulatim recenſere longum eſſet.

1595.

1595. *Q. Ennii poëtae cum primis cenſendi Annalium Libri XIIX Fragmenta conlecta, compoſita, illuſtrata ab Paullo G. F. P. N Merula.* Lugd. Bat. ex offic. Jo. Paetſii, et Ludov. Elzevirii. 4.

Fragmenta ex Annalibus ſolis expreſſa ſunt, ac profecto novam poëtae noſtri textus recenſionem hic liber incepiſſe videri poteſt. Sermo antiquus ſumma cum cura e ſchedis Grammaticorum aliorumque auctorum, quae paſſim obveniunt, animadverſionibus redditus eſt. Multa in Annalibus acceſſerunt, quae apud Columnam deſiderantur, quaeque Merula, magno ſatis apparatu critico adjutus, auctori Ennio reſtituit: multa quoque alio ordine diſpoſita, quam quo ap. Col. leguntur. In ſubſidiis, quibus ad textum critice emendandum, fragmentaque nova inſerenda ipſe ſe uſum eſſe in praefatione fatetur, primum locum ſibi vindicat *Calpurnii Piſonis MS. de Continentia veterum poëtarum ad Trajanum Principem tractatus,* quem in Bibl. Reg. Pariſ. vidit et excerpſit (1). Deinde *Gloſſarium graeco-latinum,* quod ab *Guliel. Fornerio* ICto acceperat, cuique ad rariores voces auctores, quibus eae in deliciis fuiſſent, adſcriptos eſſe teſtatur. Tertio denique loco acceſſit *Servius,* Virgilii interpres, *MS. Petri Danielis,* quem tamen paſſim tantum, obiterque inſpexiſſe videtur; multa enim nos ex eo apud Burmann. fragmenta protulimus, de quibus hac in editione nullum veſtigium. Vita Ennii praefixa eſt, ad auctorum veterum teſtimonia conſcripta. Sequitur Commentarius ampliſſimus, in quo non ſolum id ſibi propoſuit editor, ut hiſtoriam rerum Romanarum, integram Ennianis verſibus adponeret, verum etiam, ut data occaſione, aliorum quoque veterum auctorum fragmenta et primo in lucem proferret, et emendaret illuſtraretque. Quae doctrinae liberalitas admodum ſane editionis hujus pretium auxiſſe recte judicatur. Pauca tantum invenimus, quae notatione critica indigerent, quale illud, quod in quarto Annalium libro legitur: *Ova parire ſolet* cet. quodque ex Epicharmo eſſe, Varronis verba declarant. Item in primo Annali male ex Servio citatur: *Adeſte Muſai quai* cet. cum ſic potius in Servio exſtent: *Ennius ad Muſas — quae . . .* — Ex incerto Annalium p XXXV. citantur: *propter ſtagna, ubei* cet. quae ad Sotadicum Ennii referenda ſunt, ut patet e Feſto ſub *Cyprio*; et p. XXXVI. *Inluſtris ſubleime iter* cet. quae ex Hectoris Luſtris depromta ſunt. Ibid. delenda eſt vox *ſeptem-*

(1) Cum Lucano MS. conjunctus fuit Codex Calpurnii, ut Merula auctor eſt, praef. p. 15, cujus Scholiaſtes fuiſſe videtur, nec tamen admodum eruditus, ut idem Merula monuit. *Caſp. Barthius* (Ep. ad Chr. Daumium, in Miſcell. Lipſ. Nov. Tom. VIII. p. 363) pridem periiſſe opus arbitrabatur; non enim ei, cum Pariſiis eſſet, oſtendi potuit. Quam notitiam, ut videtur, haud ſatis notam exſcripſimus virorum doctorum gratia, qui adhuc Calpurnium MS. Pariſiis exſtare autumant.

trio, quae tanquam Ennii fruſtillum in textu legitur; ſed eſt Feſti, qui aliud fragmentum ex ejusdem poëtae Iphigenia laudat: *ſuperat temo ſtellas.* — Index verborum Ennii in fine operis deſideratur, qui ſi acceſſiſſet, melius multo virorum doctorum uſui opus accommodari potuiſſet.

1595. *Fragm. in Appendice*, ſ. *Catalect Virgilii.* Lugd 8.

In his etiam catalecta, h. e. epigrammata latina, aliaque poëmata minuta, vel fragmenta veterum poëtarum, interque haec Q. Ennii poëmata reperiuntur. Cf. *Morhof.* Polyh. litter. I. p. 866.

1596. *Epigrammata et Phagetica — in Pithoei Coll. Epigr. editione ſecunda.* Genev. ac Lugd. 8.

1607. *Tragoediarum fragmenta, in repetita Mart. Delrii Syntagm. Vet. trag. Lat. editione.* Par. 4.

1611. *Fragmenta, in Corpore Omnium veterum Poëtarum Latinorum.* Aurel. Allobr. 4.

Inde a pag. 3-13. Ennii fragmenta ex Stephanorum recenſione data ſunt.

1616. *Fragm. in Alexandri Ficheti Choro Poëtarum luſtrato et illuſtrato.* Lugd. 4.

Repetita eſt editio a. 1611.

1617. *Fragm. in repetita Append. Virg. edit.*

Cf. *Morhof* l. c.

1619. *Tragoed. Fragm. in tertia Delrii Syntagm. edit.* Par. 4.

1620. *Trag. Fragm. — in Petr. Scriverii Collectaneis vett. tragicor. c. caſtigatt. Gerh. Jo. Voſſii.* Lugd. Bat. ap. Joan. Maire 8.

Liber rariſſimus, ac ob magni Voſſii caſtigationes inprimis aeſtimandus. Teſtimonia veterum ſcriptorum de antiquis tragicis initium faciunt. Sequuntur L. Livii Andronici, Q. Ennii, Cn. Naevii, M. Pacuvii, L. Attii, aliorumque Fragmenta, ſecundum titulorum alphabetum diſpoſita. Ennii noſtri inducuntur: *Achilles*, *Achilles Ariſtarchi* (Ennius unam tantum fabulam Achillis nomine dedit, quam ex Graeco Ariſtarchi vertit), *Ajax*, *Alcmaeon*, *Alexandra* ſive *Alexander*, *Andromacha* (ad

(ad quam Columna Attii verſum perperam retulit: *Dice mater* cet.) *Andromache-Molottus*, (novam hanc tragoediam, Merceri auctoritate adductus, conſtituit Voſſius, ſed ut ipſe ait, timide tantum; magna enim lectionis varietas apud Nonium) *Andromeda*, *Athamas*, *Creſphontes*, *Duloreſtes*, *Erechtheus*, *Eumenides*, *Hectoris Lytra* (verſus ap. Cic. Epp. X. 6. *Laetus ſum laudari* cet. et *Hectore proficiſcente* cet. Naevium auctorem agnoſcunt) *Hecuba*, (in qua fragmenta multa repoſita ſunt, quae ap. Col. ex Audromacha citantur) *Iliona* (delenda), *Iphigenia*, *Medea*, *Medea exſul* (delenda), *Medus* (eſt Pacuvii), *Menalippa*, *Nemea* (cujus fragmenta jam in Medea legebantur), *Phoenix*, *Telamon*, *Telephus*, *Thyeſtes*.

1627. *Fragm. in Corporis vett. poëtt. Latin. edit. tertia.*

Citat Fabricius novam hanc Corporis poët. Lat. editionem Tom. III. p. 274. nec tamen loco addito, quo excuſa eſt. Primae a. 1611. veſtigiis inſiſtit.

1659. *Annales ex Merulae recenſione Italice verſi, in Bernardi Philippini Opuſculis.* Rom. 8.

Inde a pag. 724-757. Ennii verſus, quos imitatus eſt Virgilius, collati ſunt cum Maronis verſibus. Feneſtella p. 189. de libris propriis, haec fragmenta Ennii frandem ſubolere ait; ſed reprehenditur ob id a Fabricio. Ipſe librum inſpicere non potui, ad litem componendam.

1686. *Fragmenta quaedam ab aliis praeterita, vel minus emendate edita, in Theod. ab Almeloveen Opuſcul. ſive Antiquitatum e ſacris profanarum ſpecimine.* Amſt. ap. Janſſonios Waesbergios. 8.

Extant paucula inde a pag. 170-74.

1707. *Fragm. omnia — in repetita Hier. Columnae editione, curante Fr. Heſſelio.* Amſtel. ex Offic. Wetſten. 4.

Textus ad fidem Columnae expreſſus, hujusque editionis paginae margini adſcriptae ſunt. Voſſii caſtigationes, Delrii opinationes aliorumque virorum eruditorum notas in extremo libri Heſſelius adjecit, nec tamen ea, qua par fuit, diligentia ac ſtudio conquiſitas, ita ut ſaepe leviora recepta, quae contra gravioris eſſent momenti, omiſſa ſint. Sequitur deinceps optimus omnium Ennii verborum index, qui eidem Heſſelio debetur, ac quem in ſummis iteratae hujus editionis laudibus ferre mallem. Annales ex Merulae recenſione, ſed absque notis, finem operis faciunt.

1713.

1713. *Fragm. — in Corp. Poet. Lat. curante Maittario.* Lond. ap. J. Nicholſon. fol.

In Vol. II, p. 1458-70. Annales ex textu Merulae, reliqua ex Columnae editione expreſſa. Deſideratur Evemerus.

1749. *Phagetica et Epigrammata — in P. Burmanni Anthol. Epigr. Lat.* Amſtel. 4. Vol. I.

1766. *Fragm. — in Collect. omnium poëmat. Piſaurenſi.* Piſ. 4.

Inſunt Tom. IV. p. 264-87. ex Maittario, ut videtur, expreſſa.

1780. *Phagetica* — in *I. G. Wernsdorfii* Poet. Latin. minorib. Tom. I. Altenburgi. 8.

Scripta Ennium illuſtrantia.

Haec, cum nova quaedam ac incognita adjicienda non haberemus, ex Fabricio ac Harleſio exſcribere non placuit, qui de iis conferendi erunt, hic in Introd. I. p. 191 ſq. ille in Bibl. Lat. III. p. 227 ſqq.

PRO-

PROLEGOMENA.

DE ORIGINE ATQVE INDOLE VETERIS TRAGOEDIAE APVD ROMANOS DISPVTATIO.

Veteris tragoediae Latinae fragmenta pauca tantum in noſtris manibus ſuperſunt; integram fabulam non novimus. Teſtimonia tantum, quae ſparſim ab auctoribus antiquis afferuntur, tragoediarum titulos quosdam nobis tradiderunt. De iis igitur judicare, earumque dignitatem recte aeſtimare, res eſt plena difficultatis. Neque aliam ſortem expertae ſunt, quae a Vario et Ovidio, ſummis in hoc carminis genere artificibus, profectae ſunt tragoediae; interciderunt quippe una cum iis, quae Pomponium Secundum, Plinii majoris coaevum, auctorem habuerunt, quem ex Quintiliani judicio, ſenes parem tragicum putabant, eruditione ac nitore praeſtare confitebantur. Item Curatius Maternus quatuor tragoedias ediderat, Medeam, Thyeſten, Catonem et Domitium, de quibus, praeter nomina, nihil aetatem tulit (1). De Seneca ſolo, ſi rem tragicam Roma-

(1) *Auct.* de cauſſ. corr. eloq. c. 2. 3. Recenſum tragicorum antiquiorum dat *Scriverius* in Collect. vett. tragic. una cum teſtimoniis quae ab antiquis ſcriptoribus de iis prolata ſunt.

manorum ex monumentis adhuc reſiduis diligentius vis expendere, reſtat diſputatio, fabulisque, ſub ejus nomine poſteritati traditis; quae licet ipſae neque a tempore, quo conſcriptae eſſe videntur, commendandae ſunt, neque ab auctore poſſunt laudem aliquam accipere, tamen quisquis auctor earum vere ſit, magnam ille ab aetatis ſuae ingenio atque naevis habet excuſationem.

De origine primisque initiis rei tragicae apud Romanos pauca tantum exponenda ſunt: plura multo atque longiora diſputari poſſunt de eo, quo factum ſit, ut res ſemel coepta tam parva incrementa habuerit, nec umquam eum perfectionis gradum aſſecuta ſit, ad quem in ceteris poëſeos generibus Romanos perveniſſe videmus. Momenta vero, et cauſſae, quae fuerunt, ut res tragica inculta fere atque ſterilis apud Romanos jacuerit, a multis jam diligenter ſatis expoſitae ſunt (2): nos, quae ad veteris tragoediae naturam atque indolem cognoſcendam quidquam faciunt, iis paullo immorabimur.

Quemadmodum vero omnia, quae in litteris humanitatisque ſtudiis Romani praeſtiterunt, a Graecis mutuati ſunt; ſic quoque de tragoedia latina judicari nequit, niſi comparatione ante cum Graecorum arte tragica inſtituta. Quae utriusque populi, ſeu ut rectius dicam, tragoediae naſcentis apud utrumque populum, et Graecos et Romanos, comparatio multum nos adjuvare poterit in inveniendis cauſſis iis, quibus factum eſt, ut tam diverſa plane ſpecie, diverſaque forma utramque indutam videamus. Atque hic levis tantum comparationis ſtudium ſtatim docebit, et originem utriusque fuiſſe plane aliam ac diverſam, et adjumenta a tempore, ab ingenio, moribus et cultura

(2) *Torkill. Baden* Diſſ. de Cauſſis neglectae a Romanis tragoediae. Goett. 1789. 8. — Adde tractatus quosdam *de hiſtoria poëtices apud Romanos*, et *de Marco et Lucio Seneca* in Supplementis ad Sulzerum Vol. I. II.

tura popularium petita, quibus utraque gaviſa fuerit, pari modo inter ſe diſcrepaſſe.

Ariſtoteles in Arte ſua poëtica (3) tria haec poëticae univerſae principia propoſuit, *τὴν φύσιν, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, τὴν τέχνην*, naturam, initia rudia ſine arte, artem ipſam. Naturae nomine, ut ab aliis jam animadverſum eſſe video, cum ingenii felicitatem, vimque excogitandi, a natura inſitam, tum impetum illum atque *ἐνθεσιασμὸν*, quo rapimur ad poëma condendum, indicare voluit philoſophus. Quae qualiscunque ſit principiorum definitio, optime tamen ordinem demonſtrat atque viam, qua in poëſin Romanorum tragicam inquirere licet.

Quaenam apud Graecos artis tragicae origo fuerit, ac unde prima tragoedia potiſſimum initia habuerit, id cum ſatis conſtat ex nonnullis hiſtoriae fragmentis, tum ex parte aliqua dramatis eorum, Choro ſcilicet, optime poteſt declarari. A Dionyſi nimirum ſacris, feſtisque, ejus in honorem inſtitutis, poëtica univerſa originem ſumſit. Bacchus enim feſtivitatis omnis auctor et largitor creditus: ac qui genium antiquitatis rudis adhuc atque incultae bene perſpectum habet, Athenaei (4) mentem facile aſſequetur, qui *ἀπὸ τοῦ μέθυος*, ſive a potione, Deum ipſum Methymnaei Lyaeique nomen ſortitum eſſe tradit. Quam

 enim

(3) C. 4. ibiq. *Caſaub.* in tract. de Sat. Rom.

(4) *Athen.* IX. p. 363. ed. Caſaub. *τὰς εὐωχίας ἐκάλεν ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἢ ἐστὶ τροφή, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ τάυτας εὖ ἔχειν. εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν ἀυτοὺς μεθιέντες, τὸ μέν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον, καὶ Ἔυιον, καὶ Ἰηΐον προσηγόρευον.* — Unde et tragoedia iſta rudis atque *αὐτοσχεδιαστικὴ* nomen *τῆς τρυγῳδίας* ſortita eſt, *ἀπὸ τῆς τρύγης*, a vindemia qſ. in qua inventa eſſe traditur ab eodem *Athen.* II. p. 40. cf. *Diomed.* III. p. 484. Item ſcenici hiſtriones eadem ex cauſſa univerſi Graecis ſemper *Διονυσιακοὶ τεχνῖται* dicti. Cf. *Gell.* XX. 4.

enim Plato (5) affert cauſſam, Deos, miſera hominum conditione commotos, ad animi hilaritatem, curarumque remiſſionem dies feſtos inſtituiſſe, huncque in finem Muſas et Apollinem Muſageten cum Baccho feſtivitatum quaſi miniſtros deſignaſſe, ex ſuae potius aetatis ratione atque mente dictam eſſe putem a philoſopho, quam ex veritate, rectoque de hominibus rudioribus judicio, qui elegantiores Muſarum delicias ſpernentes, vino tantum epulisque et requiem a laboribus, et animi relaxationem comparari ſibi ſtatuebant.

His in conventibus, quos vetuſtiſſimi mortales, frugibus collectis, Deorum in honorem, ipſorumque in recreationem cogere ſoliti fuerunt, prima artis dramaticae rudimenta facta ſunt. Conſtans veterum eſt traditio, ab hominibus ruſticis inventam eſſe tragoediam et comoediam (6). Quod quidem non ita erit intelligendum, ut quaſi ex iisdem fontibus duplex hoc poëſeos genus originem duxiſſe putes, ſed tantum eodem tempore, eademque occaſione, licet ex diverſis cauſſis, utrumque initia habuiſſe. Feſta enim illa vetuſtiſſima celebrari ſolita fuerunt, quibus, conditis in horreum frugibus, ab hominibus ruſticis primitias Diis ruralibus offerebantur. Ibi et hymnos, Deorum, Bacchi inprimis, Apollinisque Nomii, ut appellat eum Evanthius, in honorem a mixto virorum mulierumque choro cantari,

(5) Art. poët. c. 4. *Plat.* de Legg. II. p. 59. T. 8. ed. Bip. Οἱ θεοὶ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο, τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς. καὶ Μέσας, Ἀπόλλωνά τε Μουσηγέτην, καὶ Διόνυσον ξυνεορταξὰς ἔδοσαν.

(6) Unde et Comoediae nomen, ἀπὸ τῆς κώμης et ᾠδῆς, quòd in vicis κατὰ δῆμον cantari ſolita. Cf. *Max. Tyr.* Serm. XXI. *Scalig.* Poët. V. p. 24. Eleganter *Tibullus* II. 1. 51.

Agricola adſiduo primum ſatiatus aratro,
Cantavit certo ruſtica verba pede:
Et ſatur arenti primum eſt modulatus avena
Carmen, ut ornatos duceret ante Deos
Agricola et minio ſuffuſus, Bacche, rubenti,
Primus inexperta duxit ab arte choros.

tari, et ſacris peractis, ab hominibus, curis omnibus ſolutis, vinoque plenis, ciendi riſus cauſſa, dicta dici, mutuaque inter ſe ſcommata fundi, vitiaque ſibi et inhoneſta facta objectari ſolita fuiſſe comperimus (7). Ex his comoedia, ex illis tragoedia progreſſa eſt. Locum claſſicum hac de re habemus apud Ariſtotelem, quem integrum adponere juvat: Ἐγένετο ἓν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ ἡ τραγῳδία. Καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήθη (8).

Sed tragoediae origo paullo accuratius definienda erit. Inter hymnos, e quibus ante hujus poëſeos initia deduximus, primum locum occupant dithyrambi, genus carminis antiquiſſimum, Bacchique laudibus dicatum, quo praecipue Dei hujus virtutes, resque ab eo geſtas, prout in veteris memoriae fabulis ferebantur, amplificandas atque celebrandas ſibi propoſitas veteres habuerunt (9). Ab his paullo progreſſi, qui ante in generali tantum argumento verſabantur, laudesque Dei modo tantum διηγηματικῷ proſequebantur, ii nunc levi quadam opera, et non admodum operoſa eorum imitatione, quae fuerunt ab eo geſta, primi μιμήσεις δραματικὰς invenerunt. Jam ad ſingula Dei facta deſcendere, ea plurium perſonarum, Satyrorum inprimis, qui ſemper Bacchi comites traditi, interventu repetere, apparatuque modico, cum ſaltibus et conveniente Satyrorum laſciviae petulantia orationis, primas fabulas agere coeperunt. Communem hanc tragoediae cum dramate Graecorum Satyrico originem multis probat *Ariſtoteles*, τὸ μέγεθος, dicens, τῆς τραγῳδίας ἐκ μικρῶν μύθων, καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικῆ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνώθη (1). Et ſtatim addit, ad ſcribendas tragoedias initio te-

(7) Quadrant hic *Horatiana* de Feſcenninorum primordiis Epp. II. 1. 139.

(8) Poet c. 4. Unde ἔπη, ſive heroica metra, hymnis Deorum adaptata, et ἰάμβους, comoediae vetuſtae proprios, primum in uſu fuiſſe, tradit idem *Ariſtoteles* l. c.

(9) Doctam de iis *Crenii* notam videſis ap. *Caſaub.* de Sat. Rom. I. 1. P. 14. ed. Ramb.

(1) L. c. c. 4.

tetrametra adhiberi ſolita, quod eſſet tota illa poëſis σατυρικὴ καὶ ὀρχησικὴ. Vetuſtiſſimi chori e Satyris conſtabant, iidemque et primi ὑποκριταὶ; poſt demum, ut recte animadvertit Caſaubonus, quum novis inventionibus ἀπεσεμνώθη prior poëſis, ſuntque argumenta gravia et integra ſingulis fabulis deſtinata, conſtitutaque eſt ars hiſtrionum ὑποκριτικὴ, mutato etiam verſuum genere: quae hactenus ſimplex fuerat, duplex reperta eſt, ejusque alteram ideam Satyricam dixerunt, alteram tragoediam. Quo vero tempore id factum ſit, definiri nequit; certe Sophoclis et Euripidis fabulae ſat docent, Satyros non ſolum excluſos, prioremque laſciviam mutatam eſſe in tragoedia, verum etiam ad ſimilitudinem fabulae tragicae Satyricam concinnatam eſſe a poëtis, quae, ſervato antiquo Satyrorum choro, triſtitiam quaſi atque ſeveritatem tragici cothurni temperaret; ſpectantibusque tragicae aſperitatis moeſtique ſupercilii diverticula aperiret. Quantum Caſaubono, viro immortali, haec poëſeos Graecorum pars illuſtrationis debeat, etiam me non monente, omnibus compertum eſt; ejus igitur ad tractatum de Satyrica poëſi relegamus eum, qui plura, eaque diſertiora, quam pro noſtra facultate, noſtrique libelli finibus dare potuimus, hac de re cognoſcere cupiat (2).

Sed haec tantum exponere voluimus, quae ἀντοσχεδιασικὴ in dramatica Graecorum poëſi fuerunt; quae num apud Romanos pariter locum habuerint, nec ne, id infra docebimus. Jam demum ars acceſſit, rudiaque illa, quae natura duce inventa erant, expolire atque exornare coepit. Hinc ad adjumenta, momentaque externa delatos nos videmus, quibus tragoediae apud

(2) Prodiit primum Par. 1605. — iterata eſt editio Hal. 1774. cur. I. I. *Rambach*, qui et ſuas, et aliorum notas adjecit. Ad calcem hujus libri legitur *Ez. Spanhemii* de eodem argumento libellus, ſermone gallico: Sur les Ceſars de Julien, et en general ſur les ouvrages ſatyriques des anciens. — Noviſſime hac de re egerunt ill. *Buhle* in Proluſione de fabula Satyrica Graecorum (Goett. 1787. 4.) et ill. *Eichſtaedt* in Commentt. de Dramate Comico-Satyrico Graecorum (Lipſ. 1793).

apud Graecos ſubveniebatur: facile enim intelliges, omnia haec in quaeſtione pendere ab eo, quae, qualis, quanta tum temporis artium litterarumque fuerit apud Graecos conditio, a quibus utilitatis aliquid in tragoedia perficienda exſpectari potuit. De quibus etiam nunc pauca delibemus.

Tragoediam non primam a Graecis excultam eſſe, hiſtoria docet. Alia jam poëſeos genera exculta et inventa erant. Orpheus, Muſaeus, Linus, aliique, quorum nomina antiquitas jam coluit, longe ante carmina compoſuerant, quam Theſpis e plauſtro primam fabulam docuit. Dolendum, hiſtoriam antiquiorem Atticae artis plane interiiſſe; ne fragmenta quidem exſtant, ex quibus cognoſcere poſſis, quomodo ac qua ratione paullatim varia poëſeos genera apud populum hunc ποιητικώτατον primordia ceperit. Sane Iliadi condendae unus non ſufficiebat Homerus, cujus laudes hoc loco recenſere, opus non habeo. Nam carminis epici niſi auctorem primum, certe ſummum perfectorem fuiſſe, nemo eſt, qui ignoret. Sed quantum inprimis Jonicus poëta, carminisque genus, ab eo excultum, ad tragoediae perfectionem contulerit, id praeeunte Ariſtotele, paucis adumbrare neceſſe erit.

Sed omnino multa utriusque poëſeos communia eſſe, arguit jam argumenti ratio, quod epicus poëta ſibi propoſitum habet, ac in quo ſimili plane et tragicus verſatur. Eſt nimirum actionis ſublimitas, quae in magno virium concurſu, in heroum hominumque, ſublimi loco conſpicuorum, adeoque, ut apud antiquos fides fuit, excellentiore natura praeditorum, qui iidem magnis calamitatibus rebusque adverſis oppreſſi apparent, fortitudine ac conflictu cum duri fati neceſſitate cernitur. Quam animorum fortitudinem, conſtantiamque in perferendis fortunae adverſae caſibus, nonne ſummam in Homero ejusque regibus deprehendimus? Odyſſea perſonae, vero nomine tragicae, primas partes ſumma re perſequitur, et innumeros inſuper locos, tragicae expoſitioni aptiſſimos, longi operis ambitu comple-

plectitur (3). Virum fiſtit, qui et propter animi magnitudinem, resque geſtas, magni nominis gloriam ſibi comparavit, et cujus fata adverſa mire faciunt ad audientium affectus leniter tangendos, eorumque commiſerationem excitandam.

— Multum ille et terris jactatus et alto
Vi ſuperum, ſacrae memorem Junonis ob iram,
Multa quoque et bello paſſus.

Ecce prototypum, e quo omnia deinceps argumenta enata ſunt, cujus colores habitumque ea imitata, cujus partes ſecuta ſunt. Quid de Iliade dicam, quae tot tantisque verſatur in argumentis, tragicae exornationi idoneis; quid de iſta affectuum violentia, aeſtu et concurſu, ad implendas terrore mentes, et altera ab parte, de iſta humanitate atque ſimplicitate, indolisque rectitudine, quibus ſe commendant heroes Homerici? quid de ſententiis denique atque oratione, quam ſemper fortunae dicentium accommodavit auctor, in qua nihil modum excedit, nihil dignitatem imminuit, nihil humanitatem contemnit? Quae omnia ſi conſideres, ad intelligendum in promtu erit, quantum tragoedia Graecorum carmini epico, ejusque perfectori, Homero debeat. Nec ex argumentis, quae a Graecis tragicis tractata ſunt, quorumque memoriam adhuc reſiduam habemus, difficile eſſe poteſt oſtendere, quidnam in iis Epici poëtae ingenio ac inventioni debeatur (4).

Item

(3) *Ariſtotelis* in Poët. c. 23. dubitationem facere poſſint verba: τοιγαροῦν ἐκ μὲν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας, ἢ δύο μόναι. Sed recte jam monuit cl. *Hermann* ad h. l. non ea hîc a philoſopho ſubintelligi, quae in utroque poëmate non ad ipſam factorum ſeriem pertineant, ſed data opportunitate narrentur, ut Vlyſſis errores in Odyſſea.

(4) Artis epicae intimam cum re dramatica conjunctionem *Donatus* jam animadvertit in Arg. in Andr. *Perſpecto argumento ſcire debemus, hanc eſſe virtutem poëticam, ut a noviſſimis argumenti rebus incipiens, initium fabulae et originem narrative reddat ſpectatoribus, auctoremque praeſentem ſibi exhibeat, ubi finis eſt fabulae. Hunc enim ordinem vel circulum poëticae artis vel virtutis non modo ſecuti ſunt tragici comicique auctores, ſed Homerus etiam et Virgilius tenuerunt.* — Addantur his, quae de Homero, de metrica diſciplina optime merito, habentur apud antiquos auctores, quale illud ap. *Mar. Victorin.* I. fin. qui Homerum fontem atque originem metricae di ciplinae vocat. De eodem *Horat.* Art. 75.

Res geſtae regumque ducumque, et triſtia bella
Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus.

Item philoſophia, ultimum hoc decus mortalium, quantum eſt, quod contribuit ad carminis tragici perfectionem! Quemadmodum ab epico poëta argumentum tantum, tragico cothurno idoneum, indicatum, finisque monſtratus fuit, quo tendi debuit: ita mollior iſta animorum adumbratio, qua et mentes leniter tangi, et, ſi opus eſſet, graviter percelli poterant, a ſolo philoſophiae ſtudio proficiſci potuit. Cui etiam ſoli debetur ars iſta mirifica, qua tragoediae novae inventores, ſpectantium auribus ab antiqui dramatis tumore inani ferisque clamoribus avocatis, moribus eos mollioribus et humanioribus in heroibus tragicis exhibendis aſſuefaciebant. Nec aliunde tandem bene comparari potuit perfectiſſima illa naturae humanae ejusque indolis cognitio, qua et miſericordiam terroremque concitare, mentisque perturbationes, quocunque vellent, dirigere ac traducere idonei facti ſunt Graeci tragici.

Haec ſunt praecipua illa, quae a philoſophiae carminisque epici ſtudio in tragoediam profecta ſunt, eo tempore, quo a rudibus naturae conatibus ad artem quandam revocari coepit. Multa alia praeterea acceſſerunt adjumenta, a genio totius populi, a facilitate temporis, a legislatione religionisque quibusdam inſtitutis repetenda, quae quantum fecerint ad hoc poëſeos genus apud Graecos perficiendum magisque excolendum, neminem latebit, qui vim eorum atque momentum ſatis perſpectum habeat. Sed nos ne nimis longi ſimus, haec alia occaſione ulterius proſequi ſtatuimus.

Red-

Redeamus igitur ad Romanos. Quaenam his fuerunt tragoediae origines, quaenam initia! Optimum ducimus, ſi hac in quaeſtione exploranda pariter Ariſtotelis methodum ſequamur, ita ut, ἀπὸ τῶν αὐτοσχεδιασμῶν eorum exordium facientes, primo videamus, quibus rebus tragoedia apud Romanos praeparata ſit, ac deinde inquiramus in illud, quod ἀπὸ τῆς τέχνης, ab arte in eam redundarit.

Prima poëſeos Romanae ſtamina, ut a multis jam Viris doctis animadverſum eſt, a Satira ducenda ſunt. Invenitur quidem mentio verſuum facta, qui a Faunis Vatibusque dicti, Saturniorum nomine appellati ſunt; ſed libenter Servii judicio ſubſcribimus, qui a proſa eos propius teſtatur, quam a vera poëſi abfuiſſe (5). Perfecti aliquo modo, et ad certum quendam numerum revocati eſſe videntur a Naevio poëta, cui antiqui Grammatices ſcriptores metri Saturnii inventionem adſcribunt (6), adverſantibus aliis, qui graecam ejus originem fuiſſe contendunt (7). Sed omnino haec res, ut innumerae aliae, ex ignorantia confuſa eſt a grammaticis. Neque enim graecam hujus carminis originem fuiſſe, quisquam ſibi perſuadebit, ſi meminerit, jam diu ante poëſeos hujus veſtigia obvenire, quam Graecorum litterae Latio illatae ſint; ut in carmine Saliari (8), et in tabulis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, quibusque victoriae reportatae titulum verſibus Saturniis inſcribebant (9); cujusmodi tabulam, a Regillo depoſitam, ſervavit Livius (1). Nec a Naevio primum inventum eſſe quo minus credamus, eadem cauſa obſtat. Tutiſſimum igitur erit accipere, in verſibus his, a Faunis vatibusque cantari ſolitis (2), prima αὐτοσχεδιαστικῆς poëſeos rudimenta quaerenda eſſe quos naturali impetu ducti, nulla arte adhibita, effundebant homines, quique poſt demum, quum ars quaedam ingenio acceſſiſſet, a poëtis perfecti magis atque expoliti ſunt. Cum heroico Graecorum verſu aliquo modo hoc carminis genus poteſt comparari, ob antiquiſſimam, quam utrumvis habuit, originem, ſimilisque argumenti rationem, in quo utrumque verſabatur. Naevium enim belli Punici primi hiſtoriam, Liviumque Andronicum Homeri Odyſſeam hoc verſu expreſſiſſe antiquae litterae tradunt, quem Ennius primus, Homerum imitaturus, heroico cedere juſſit.

Memorantur praeterea carmina a Cicerone (3), quae multis ſeculis ante ſuam aetatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato; quod multo prius jam in uſu fuiſſe declarat idem Cicero (4), quam M. Nobilior Ennium poëtam comitem ſecum in provinciam duxiſſet. Nec tamen honorem tum temporis

(5) Ad *Virg.* Ge. II. 385. Idem *Horatius* innuere videtur in Ep. ad Aug. 157.

Graecia capta ferum victorem cepit, et artis
Intulit agreſti Latio: ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius. —

De his verſibus intelligendum, quod *Ennius* ap. Cic. in Brut. 18.

— — *quos olim Fauni vatesque canebant,*
Cum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperarat.

Claſſicum hac de re apud *Feſtum* locum habemus, quem integrum adponere placet: — *Saturno dies feſtus celebratur menſe Decembri, quod eo aedis eſt dedicata. Et is culturae agrorum praeſidere videtur, quod etiam falx eſt ei inſigne. Verſus quoque antiquiſſimi, quibus Faunus fata cecinisse videtur, Saturnii appellantur: quibus et a Naevio bellum Punicum ſcriptum eſt, et a multis aliis plura compoſita ſunt.*

(6) *Diomed.* III. p. 512. *Saturnium in honorem Dei Naevius invenit, addita una ſyllaba ad jambicum verſum. Plot.* de metr. p. 2650. Errat igitur *Caſaubonus*, ſi Saturniorum originem primam, nec legem certam, a nemine veterum traditam eſſe contendit.

(7) *Terent.* de metr. p. 2439. *Atil. Fortunat.* p. 2679. —

(8) *Varro* de L. L. V. p. 70. 73. *Feſt.* l. c.

(9) *Atil. Fort.* l. c. et p. 2698. —

(1) L. XL. c. 52.

(2) Quale illud ap. *Liv.* XXV. 12. de pugna Cannenſi, a Cn. Matio editum. Exſtabant quoque inter alia in libris Sibyllinis, de quibus *Hor.* Epp. II. 1. 26.

(3) Brut. 19. Ad tibiam haec carmina cantari ſolita fuiſſe, idem *Cicero* auctor eſt in Tuſc. IV. 2. Adde *Quint.* Inſt. I. 17. quem eundem ad modum alludit *Flaccus* IV. 15. 29.

(4) Tuſc. I. 2.

Roma habuit poëtis; unde non confundendi hi tibicines cum Graecorum ἀοιδοῖς, quorum apud Homerum mentio occurrit. Fuisse simpliciter videntur convivarum cantus, qui exhilarata mente, curisque omnibus solutis, hisce ludis sese committebant, majorumque facta virtutesque ad majorem generis ipsorum splendorem ostendendum, in memoriam suaviter revocabant.

Item mortuorum laudationes, eidem Ciceroni (5) memoratas, nonnulli huc referri volunt, inter quos Corradus (6) eas in concione habitas, cantibusque ad tibicinem comitatas esse contendit. Sed prosa tantum dictione descriptas esse, probat Valerii Poblicolae oratio, qua Brutum collegam in concione laudavit (a quo tempore haec mortuos laudandi consuetudo nata dicitur Dionysio Halic. (7)), quae a poëtico colore quam maxime fuit aliena. Neque seriori tempore memini ullam laudationem versibus fuisse habitam.

Aliud denique genus carminum, Satirae Romanae propius, fuerunt versus Fescennini, ipsi quoque temere compositi ac rudes, quorum ortum ac primordia egregie Horatius describit (in Epp. II. 1. 139):

Agricolae prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, et ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, pueris et conjuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino genium memorem brevis aevi.

Fe-

(5) In Brut. c. 16. *Nec vero habeo quemquam antiquiorem* (Catone), *cujus quidem scripta proferenda putem, nisi quem Appii Caeci oratio haec ipsa de Pyrrho, et nonnullae mortuorum laudationes forte delectant.* Cf. *Polyb.* VI. 56.

(6) Leg. II. 24.

(7) Antt. V. p. 291. ed. Frcf. adde *Plut.* in Val. Pobl. Periclis simile apud Athenienses institutum ex *Platonis* Menexeno notum.

Fescennina per hunc invecta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit;
Libertasque recurrentis accepta per annos
Lusit amabiliter: donec jam saevus apertam
In rabiem coepit verti jocus, et per honestas
Ire domos impune minax. Doluere cruento
Dente lacessiti: fuit intactis quoque cura
Conditione super communi: quin etiam lex (8)
Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam
Describi. Vertere modum, formidine fustis
Ad bene dicendum, delectandumque reducti.

Multa hic cum Graecis communia deprehendes, ac fere eadem, eo tantum discrimine, quod Graecorum illa αὐτοσχεδιάσματα multo propius ad religionem accesserunt. Neque id mirum erit ei, qui meminerit, hujus populi mythologiam a tot ante jam poëtis, eorumque carminibus excultam esse atque amplificatam, ita ut, qui rem dramaticam inter eos inveniisse dicti sunt, formam rectius, quam argumentum novum inveniisse judicari queant. Sed de his nihil apud Romanos. Religio eorum, inter quos prima videbantur poëseos incunabula, tota rustica fuit, adeoque simplex, heroicae magnitudinis expers, et a divina specie plane aliena. Nomen ludi habebant a Fescennia, Etruriae civitate, ubi inprimis agitabantur. Romae semper in consuetudine manserunt, ac nisi pristina obscoenitate et opprobriis pleni, tamen a tragica severitate quam maxime recesserunt. In nuptiis cantatos esse, auctor est Catullus (9).

Nec diu taceat procax
Fescennina locutio.

(8 Lex ipsa, quae in XII. tabb. exstabat, ita audit: *Sei. quei. pipulod. ocentasit. carmenve. condisit. quod. infamiam. facsit. flagitiomque. alteri. fuste. feritod.* Cf. *Cic.* de rep. IV. ap. *August.* de Cic. D. II. 9. Id. Tusc. IV. 1.

(9) Carm. 60. V. 126.

Quos vero Macrobius (1) Auguſtum in Pollionem ſcripſiſſe verſus Feſcenninos ait, hi ob procacitatem nomine hoc tantum deſignati, re vera cum Satira conveniſſe mihi videntur. Eo enim potiſſimum differebant Feſcennini a Satiris, quod hae διηγηματικῆς, illi δραματικῆς poëſeos genus eſſent. Attamen praeter externam actionem nihil cum dramate commune habebant; ſine ulla praemeditatione, ex improviſo agebantur, ita ut cum τοῖς φαλλικοῖς Graecorum magnam ſimilitudinem habuiſſe videantur.

Quae omnia, ſi quam poëſeos dramaticae excolendae occaſionem dare potuiſſent, ad comoediam potius, quam ad tragoediam ducere debuerunt. Sed hujusmodi ludos nullos adhuc Roma viderat. Circenſes tantum in Conſualibus, Neptuni ſive Conſi Dei in honorem, celebrati ſunt, a Romulo poſt virgines Sabinas raptas ex Livii (2) teſtimonio inſtituti. Ab Etruſcis demum externam fabulae actionem, h. ſaltationem cum geſticulatione acceperunt Romani, cui a Graecis deinceps auctoribus argumenta fabularum addita ſunt. A. CCCXC. V. C. (364. a. Ch.) C. Sulpitio Baetico, C. Licinio Stolone Coſſ. cum intoleranda vis ortae peſtilentiae civitatem afflixiſſet, jamque plus in exquiſito et novo cultu religionis, quam in ullo humano conſilio poſitum opis videretur, piacula multifaria, ſed ſine ſucceſſu adhibita ſunt. *Tandem quum vis morbi*, ut Livius (3) ſcribit, *nec humanis conſiliis, nec ope divina levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo, inter alia coeleſtis irae placamina inſtituti dicuntur. Caeterum parva quoque, ut ferme principia omnia, et ea ipſa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones, ex Etruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Tuſco dabant. Imitari deinde eos juventus, ſimul inconditis inter ſe jocularia fun-*

(1) Saturn. II. 4. *Temporibus triumviralibus Pollio, cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo: non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.*

(2) L. I. c. 9.

(3) L. VII. c. 2.

fundentes verſibus, coepere, nec abſoni a voce motus erant. Accepta itaque res, ſaepiusque uſurpando excitata, vernaculis artificibus, quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum; qui non, ſicut ante, Feſcennino verſu ſimilem, incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant, ſed impletas modis ſatiras, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant (4).

De hisce ludis Etruſcorum nil aliunde compertum habemus. Ad religionem ex veteri more pertinebant ludi et ſpectacula, inter ſacrificiorum epulas orta, cum certaminibus; videturque hac feſtorum hilaritate triſtitia temperata eſſe, quam religionum et prodigiorum terrores alioquin animis injicere poterant (5). Vulgaris virorum doctorum opinio eſt, in Livii verbis ſaltationes cum mimica quadam repraeſentatione ſignificari, adeoque Mimorum originem ab auctore indicari. Sed ſalva meliore interpretatione, quantum ex ipſius verbis, quae modo citavimus, conjicere licet, ſaltationes tantum fuiſſe videntur, non ſolum *ſine carmine ullo*, ſolos per geſtus, nulla voce adhibita, actae, verum etiam *ſine imitandorum carminum actu*, quibus ne carmen quidem, h. argumentum ſcenicum, exprimi debuit (6). Fuerunt tantum ſaltationes, ad tibicinis cantus actae,

(4) *Val. Max.* II. 4. 4. aliter paullo rem expoſuit. Scilicet coeleſtis numinis placandi gratia carmina quaedam compoſita eſſe ait, quibus venerabilibus erga Deos verbis, pro more hominum, parvula initia pertinaci ſtudio proſequendi, juventus rudi atque incompoſito motu corporum jocabunda geſtus adjeciſſet; eamque rem ludium ex Etruria arceſſendi cauſſam praebuiſſe, cujus decora pernicitas, vetuſto ex more Curatum Lydorumque, a quibus Etruſci originem traxerunt, novitate grata Romanorum oculos permulſiſſet. Quis non hic cum Graecorum dithyrambis, chorisque religioſis ſimilitudinem quandam deprehendat, e quibus pariter res dramatica illorum primordia cepit?

(5) Cl. *Heyne* Comment. de Etruſca antiquitate a commentitiis interpretamentis liberata, in Nov. Commentt. Soc. Reg. Goett. VII. p. 37.

6) Antiquiſſimos Romanorum mimos neutiquam argumenta litteris

tae, ſive muſicae, neutiquam mimicae artis inſtar, ad imitationem argumenti cujuspiam ſcenici referendae. Idem quoque innuere videtur pernicitas decora, quam teſte Valerio Maximo, in Etruſcis ludionibus maxime admirabantur Romani. Poſt demum ludicra ars ad ſatirarum modos proceſſit, cum Romani juvenes ſcommata jocosque, quos ante fundere ſoliti erant, cum arte nova, ab Etruſcis accepta, conjungerent, verſibusque Feſcenninis, quos nullis ante geſtibus, quam quos natura docuerat, proferebant, novam actionem cum ſaltatione adderent. Hinc motus haud abſoni voce expreſſi ſunt; hinc Mimorum ludus originem traxit, qui antiquiſſimo tempore non niſi ſanniones erant, qui cum geſticulatione vehementiori quaedam e medio ſumta, praecipue vero laſciva imitabantur, et jocos non praemeditatos effundebant.

Haec Satirae apud Romanos origo fuit, a qua Livius Andronicus primus argumento ſerere fabulam auſus eſt. Quam ne confundas cum ea, quam ab Ennio inventam eſſe ex antiquis teſtimoniis diſcimus, cavendum eſt. Haec enim, etſi vero nomine dramatica appellari nequeat, magnam tamen vim habuiſſe videtur in dramaticae poëſeos apud Romanos genium atque ſpeciem efformandam et excolendam. Adeundus eſt idem Ca-

ris mandata expreſſiſſe, ſed ſannionum inſtar quaevis e medio ſumta ad imitandum arripuiſſe, ac poſt demum in ſcenam introductos eſſe, ut modo geſticulatione comoedos adjuvarent, modo in fabularum intervallis ſoli a iquid ſuarum jocationum agerent, id pulchre explicatum habes in Cl. *Ziegleri* Diſſ. de Mimis Romanorum (Goett. 1788 8). Sed ad horum artem neutiquam referendas eſſe Etruſcorum ludionum ſaltationes, Livii verba docent: *ſine carmine ullo;* nam ſermone, nec ſola geſticulatione egerunt Mimi. Quae eadem vetant, ne de Pantomimorum actione intelligas, qui eo inprimis differebant a mimis, quod a Diverbio penitus excluſi, ſolis geſtibus et ſaltatione, ad artis regulas compoſita, uterentur, ad ſermonem quemlibet, ut Diomedes ſcribit, motumque ſine reverentia, vel facta turpia cum laſcivia imitanda. Addit enim Livius, *ſine imitandorum carminum actu* factas eſſe ſaltationes, ita ut imitationis cujuslibet ſtudium ab iis excluſum eſſet.

Caſaubonus, ſaepius a nobis laudatus, qui etiam de hoc carminis Romani genere omnium optime expoſuit.

Tragoediae Romanae prima ſtamina quaerentibus, ea nobis non a Satira, quae Ennio inventori adtribuitur, deducenda erunt; nam ante Ennium jam, ut ſupra diximus, Livius Andronicus primam fabulam docuerat. Centum plus annis, poſteaquam ad ludos ſcenicos Tuſci hiſtriones primum Romae venerant, ſolae iſtae Satirae, Feſcenninis verſibus ſimiles, ac diverbio et ſaltatione agi ſolitae, theatrum occupabant; rudes nimirum ac inconditae, ut non aliter exſpectari potuit ab hominibus ruſticis, qui a qualibet artis inſtitutione alieni, naturam ſolam, hilaritatisque genium ſequebantur. Negari quidem nequit, Graecos etiam antiquiſſimo tempore in ejusmodi jocis ac ſcommatibus fundendis ſibi placuiſſe, cujus rei teſtis eſt Satyrica, quae niſi quod Satyros plerumque in ſcenam induceret, nihil fere ab antiqua Romanae fabulae procacitate ac laſcivia diſtabat. Sed animadvertendum, poëſin dramaticam in Attica aliam plane originem habuiſſe: omnis fuit ἐορταστική, ab initio Deorum ſacris atque cultibus dicata. E chori cantibus, qui Deorum geſta, Bacchi inprimis virtutes ac beneficia efferebant, omnis deinceps ars theatri enata eſt. Haec vero a Romanis prorſus aliena cenſenda ſunt. Quod ſi enim apud Graecos multo latius patuit Epopoëiae vis atque momentum ad res tragicas et inveniendas et adornandas, ex hoc ipſo intelligitur, a vera tragoediae virtute, virorum in ſummis miſeriis verſantium magnitudinem animique excellentiam cum dignitate ſpectantibus ſiſtendi, eorumque affectus et ad terrorem et ad commiſerationem excitandi, longius multo, quam Graecos, Romanos abfuiſſe, qui mature jam inanibus frivolisque ſtudiis abrepti, ſenſum vere tragicum, ſi ita vocare licet, abjecerunt vel neglexerunt Tum quoque, quum apud Graecos omnis poëtice dramatica, ac potiſſimum ea, quae ad tragoediam pertinebat, in heroum majorumque factis illuſtrandis atque celebrandis contineretur, fieri aliter non potuit, quam ut feſtivam tantum ſeveramque ſpeciem indueret tragoedia. Quos enim jocos atque ſcommata in veteri dramate

locum habuisse comperimus, ea ad Deorum sacra minime pertinebant, sed tantum a nativa indole studioque hominum agrestium, animum exhilarandi, aliosque ad laetitiae sensus provocandi proficiscebantur. Quo etiam factum est, ut maturo tempore a comoediae scurrilitate sejungeretur tragoediae tristitia ac severitas. Enimvero, cum ingenio ars aliqua accedere coepisset, in promtu erat animadvertere, scommata versusque dicaces non convenire gravitati eorum atque magniloquentiae, quos loquentes agentesque in scenam inducerent poëtae. Homerus viam praeierat, quam sequi jubebantur, modumque monstraverat, quo dictio cujuscunque fortunae, ingenio, personaeque conveniens observanda esset, ita ut primi tragoediarum scriptores actionem tantum addidisse videantur iis, quae τῶν ἀοιδῶν cantibus celebrata erant.

Sed non moramur in recensendis iis, quibus Graeca tragoedia ab arte sustentata est: supra plura hac de quaestione locuti sumus. Videamus potius, quidnam Romanorum in historia obviam veniat, cui tragoediae aliqua perfectio debeatur.

Atqui hic ante omnia illud erit animadvertendum, Romanorum αὐτοσχεδιάσματα, in quibus cujuscunque populi nativa quasi indoles sensusque cernitur, nihil omnino continuisse, quo ad tragoediam duci potuissent. Quibus enim res omnis theatralis, si prima scil. rudimenta hoc nomine velis appellare, relicta erat, sanniones atque mimi aut solis jocationibus vacabant, quas haud praemeditatas effundere in more fuit, aut sola in lascivorum quorundam imitatione occupabantur. Quemadmodum apud Graecos dialogus in fabulam eam tantum ob caussam inducebatur, ut poëtae facilius esset, argumenti sui diversas partes adornare, pluriumque personarum interventu ac locutione spectantibus rem quasi praesentem subjicere: sic Romanos juxta carpendi tantum melius, atque imitandi homines lascive eorumque mores improbos ac stultitiam exprimendi finem habuit. Res omnis facile expediri potest, si Chorum memineris Romanis defuisse, a quo apud Graecos tragoedia profecta, quoque, ad argumentum certum certosque limites quum cantus ejus revocati essent, maturo admodum tempore dicacitas scurrilisque joculatio ex fabula proscripta est. Est autem superducta quasi Romanis tragoedia, non ab iis inventa; nam in iis, quae propria populo fuerunt, frustra quaeres, e quo tragicae fabulae ortum deducas. Nec errare mihi videor, si contendo, quidquid Romani seriore tempore in hoc carminis genere praestiterint, id Graecorum exemplis solis atque institutioni esse adscribendum.

Omnes fere, qui hucusque de tragoedia Romana scripserint, in eo hujus fabulae neglectae caussas inveniisse ac statuisse video, quod quae Graecis subvenissent in perficienda atque excolenda tragoedia, ea Romanis plane defuisse dicunt. Ac etsi negare neutiquam in animum induco, ab epici carminis perfectione, a publicis ἄθλοις atque certaminibus, mythorum a copia ampliore latioreque, philosophiae denique studio, musicesque saltationisque concinnitate, aliisque, quae vulgo afferri solent, adjumentis plurimum utilitatis tragoediae accessisse, ita ut facilius multo a rudibus illis indoctisque conatibus, in quibus primo tempore continebatur, adspirare posset ad dignitatem istam atque sublimitatem, quam in reliquis tragicorum fabulis hodie admiramur: tamen omnia haec eo demum tempore, quo ars aliqua accessit, conferre poterant ad tragici dramatis perfectionem. Primam semper caussam desideras, quam nisi in ingenio totius populi nativaque indole quaerere velis, vix comprehendi potest, quomodo amore tanto, tantaque celeritate poëseos musicesque studia a Graecis exculta sint. Sed hinc ad Deorum sublimiorem venerationem ducebantur; hinc verae tragoediae virtutes melius edocti, mox ea omittebant, quae in nascente dramate satyrorum procacitas ac lascivia occuparant; hinc regum heroumque, qui sistendi erant, virtutem intelligebant non ad id esse revocandam, ut horrori tantum tumultuique fero in mentibus spectantium excitando inserviret, sed ut potius perturbationes, miseriis duraque fati necessitate, quibus viri opprimebantur, excitatas sedare, ac-

actionisque dignitate emendare valeret. Hac indole Romani caruerunt, adeoque nec in Epopoeïa, nec in tragoedia, nec in muſica, nec in theogoniis denique Deorumque mythis excolendis atque amplificandis perficere quidquam ac praeſtare potuerunt. Quae omnia ex una eâdemque cauſſa erunt deducenda, non invicem confundenda. Nam qui tragoediae defectum apud Romanos v. c. ex carminis epici neglectu recte ſibi explicare videntur, quidni rogemus eos, quo factum ſit, ut idem carmen epicum tam diu jaceret, ut philoſophiae ſtudium tam ſero demum cultores nactum eſſet, ut religiones Romanorum exiles adeo tenuesque evaſiſſent, ut cum ea, quam Graecorum fuiſſe diſcimus, copia et amplitudine ne comparationem quidem paterentur? Intelligetur inde, haec omnia ex diverſo populi ingenio nativaque indole tantum explicari debere, adeoque in cauſſis neglectae a Romanis tragoediae reddendis non ſufficere rationem eam, qua adjumentis tantum Romani deſtituti dicti ſunt ad eadem, quae Graeci ediderunt, tragici ingenii monumenta proferenda. Hoc inprimis ut clarum fieret, utriusque populi prima in poëſi conamina ſive *αὐτοσχεδιάσματα* accurate ſiſtere ſtuduimus, nt ex iis dijudicari poſſit, quantum et a natura, et ab arte utrique mutuati eſſent.

Sed, ut ad inſtituta noſtra revertamur, in primis praecipue conatibus, quos in arte tragica a Romanis factos eſſe comperimus, animadvertere licet, quam inexpertum plane laborem ſuſcipere, ignotamque in palaeſtram deſcendere auſi fuerint. Eo nimirum tempore, quo coloniis in inferiore Italiae parte a Graecis conditis arma victricia admoverant Romani, Graecae artes atque litterae Romam delatae ſunt a ſervis potiſſimum captivisque, quos imperatores ſecum in patriam urbem reducebant; unde et Suetonius (7) antiquiſſimos oratores, qui iidem et poëtae erant, *ſemigraecos* appellat. In his fuit etiam *Andronicus*, homo Graecus, Graecisque litteris excultus, qui poſtea ab hero M. Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, manumiſſus, Li-

(7) De ill. grammatt. c. 1.

vius Andronicus eſt dictus. Poëtarum antiquiſſimus audit Quintiliano (8), unde facile colligi poteſt, poeſin ante eum Romanos inter excultam, a quacunque arte elegantioreque ſtudio alienam plane eſſe debuiſſe. De eodem Andronico ſupra jam Livii teſtimonium attulimus, quod primus ſcilicet argumento fabulam ſerere auſus fuerit; idemque etiam ex Valerio Maximo (9) diſcimus. E Graeco fabulas transtulit, iisque ſatiras, de quibus ſupra jam expoſitum eſt, cedere juſſit. In hoc certe omnes conveniunt, quorum teſtimonia de primis Latini theatri initiis habemus (1).

Nec non comoedias ſcripſiſſe eum teſtatur Diomedes (2); neque id improbabile videtur, ſi memineris Graecorum comoediam multo magis placere debuiſſe Romanis, qui in ſimili plane argumento, etſi diſpari arte, verſabantur, quam tragoediam, cujus gravitatem atque ſeveritateu ferre nondum poterant. Nihilominus quatuordecim fabularum tragicarum, quae a Livio ſcriptae perhibentur, titulos cognoſcimus; idemque et de Naevio, Ennio, Pacuvio et Attio conſtat, qui haud diu poſt Andronicum inſecuti ſunt, quosque multas e Graecis tragoedias feciſſe, fragmenta reliqua fidem faciunt. Comoediae urbanitas facetique ſales a Romanis percipi nondum poterant; tragico horrore mentes certius multo percellebantur, in qua mentis percuſſione ſola hoc adhuc tempore acquieſcere ſolebat ſpectantium voluntas atque exſpectatio. Tum quoque tragoedia plerumque hiſtorico in argumento, comoedia in ficto verſabatur, ex quibus prius Romanorum oculis adaptare, eorumque ſenſibus accommodare, facilius multo tutiusque eſſe videbatur, quam poſterius, quod ex vita domeſtica deſumtum, alienos mores alienasque plane conſuetudines ſiſtebat (3). Hinc magnum

(8) *Quint.* Inſtitt. X. 2. 7.
(9) II. 4. 4.
(1) *Suet.* l. c. *Gell.* II. 23. XVII. 21. *Dionyſ. Hal.* VII. 9. *Diomed.* III. p. 486.
(2) L. c. cf. *Donat.* de trag. et comoed. *Pſeud. Acron.* in Horat.
(3) Ad Plautum usque Comoedia Romana in carpendis tantum homi-

gnum poëtarum hujus temporis, quod ſolum fere in tragoediis transferendis occupatum fuit, ſtudium recte explicare mihi videor, cum, etſi comica tractatio hilaritati riſibusque excitandis aptior multo videri poſſit, tamen tragoediae atrocitate horrendoque tumore, in quem haud raro degenerarunt, ſpectantium deſideriis melius ſatisfieri ſperarent.

Sciendum autem, plurimas harum fabularum populo non datas, ſed tantum privato in virorum coetu praelectas eſſe a poetis (4), qui plerumque magnatum principumque in republ. familiares ac domeſtici fuerunt. Sic certe de Ennio conſtat, qui Scipionis Africani, Catonis atque Fulvii Nobilioris amicitia floruit; ſic de Andronico, qui vel ab hero ſuo nomen accepit; de Pacuvio, qui cum Laelio familiariter vixit; de Attio, quem Decius Brutus amicum habuit; de ceteris denique, qui hoc tempore clari fuerunt, ac bene meriti de Latina poëſi. Populi applauſus in hisce tragoediis acquieſcere vix potuit, qui inde ab initio laſcivis tantum procacibusque jocis delectatus, molliores ſenſus atque commotiones, tragica actione excitandas, plane ignorabat. Supra vidimus in recenſendis Romanae poëſeos ἀντοσχεδιάσμασι, omnia ea iis defuiſſe, quibus apud Graecos tragoedia non ſolum praeparata, ſi ita dicere licet, verum etiam perfecta eſt, ita ut, cum caſu quaſi fortuito hoc carminis genus ex Attica Romanum in imperium translatum eſſet, fruſtra aliquid circumſpicerent poëtae, quod novo artificio favere videbatur. Jamque demum tempus erit, inquirere in rationes eas, quibus factum ſit, ut ne translata quidem a Graecis tragoedia laetiora inter Romanos incrementa ceperit.

minum vitiis, eorumque erroribus notandis verſabatur, nec ſummis in rep. viris pepercit. Quae enim de Naevio ejusque comoediis comperta habemus, ſat docent, eandem plane quam Graecorum veterum indolem atque formam eas habuiſſe. Plautus primus fuit, qui Epicharmum Siculum ſecutus, a ſingulorum convitiis ſeſe abſtinebat. Spectare hùc videntur, quae ipſe in *Pſeud. Prol.* ait.

Ubi lepos, joci, riſus, vinum, ebrietas decent, Gratia, decor, hilaritas atque delectatio; Qui quaerit alia his, malum videtur quaerere.

(4) Fidem his faciunt *Suetonii* verba de illuſtr. Grammatt. 1. *Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuiſſe adnotum eſt. Nihil amplius quam Graeca interpretabantur; ac ſi quid Latine ipſi compoſuiſſent, praelegebant.* Et hoc *recitare* vocabatur.

Graecorum tragicos epici carminis dignitate atque magniloquentia, quae Homero debebatur, mire ſuſtentatos eſſe ſupra jam expoſitum eſt, ubi Ariſtotelis ſententia de ſimilitudine epicae narrationis cum actione tragica explicata eſt. Numquid ſimile Romae fuit, e quo diſcere potuiſſent, poëtae et παθήματα, tragoediae propria, et dictionis colores atque habitum, loquentium perſonis convenientem? Num Romani ante Epopoeïae ſtudio vacarunt, quam tragoedia ad eos perveniſſet? Num Graecorum inſtar ducem habuerunt, qui viam incognitam adhuc atque inexpertam praeiviſſet; num prototypum quaſi tenuerunt, quem in ſingulis argumentis eligendis, eorumque coloribus adumbrandis ſequi licuiſſet; num poëtam denique praemiſſum ſibi viderunt, qui epica a majoribus geſtorum narratione, mentes populi omnes ita jam occupaſſet ſibique conciliaſſet, ut, ſi qui eadem argumenta easdemque de heroibus antiquis narrationes, cothurno tragico adaptatas, in ſcenam producere vellent, tantum iteratio jam ſemel auditorum grata, neque plane novarum rerum inductio moleſta eſſe videretur? Nihil ſane de his in hiſtoria notatum invenimus. Multo poſt tragoediam inductam, Roma Epicos habuit, ex quibus Virgilius primus palmam ſibi ex Helicone detulit. Nam quam ab Andronico editam ſcribunt Odyſſeam auctores veteres, ex Homero translata erat; ac quae ab Ennio Naevioque relicta carmina traduntur, ea hiſtoriae potius verſibus deſcriptae, quam Epopoeïae nomine appellare mallem.

Nec melius quid ab iis exſpectari potuit, qui ſola in Graecorum imitatione verſabantur; quae eorum imitatio ad omnia ſeſe retulit, in quibus Graecos anteceſſores habuerunt, ita

ita ut recte judicet Horatius (5), nihil intentatum liquisse veteres poëtas. Unus Ennius exemplo esse potest ad ea, quae dicta sunt, comprobanda. Is enim non solum in epica ac dramatica poësi versatus est, verum etiam ad satiras, epigrammata, ac didactica carmina cujuscunque generis animum admovit, ita ut nescias fere, ad quodnam poëseos genus ingenio nativaque indole praeprimis inclinaverit. Quod sane ex alia ratione explicare non poteris, quam ex imitationis studio, quo solo ferebantur Romani, quoque etiam contenti artem aliunde acceptam, non tanquam institutum, a patribus relictum, vel a semetipsis inventum, sed ut donum prorsus alienum atque exterum exercebant. Testimonio sunt, quae inde ab hoc tempore in poësi profecta sunt a poëtis latinis, quorum carmina quaelibet imitationem tantum, eamque pro ingenii cujusvis foecunditate vel liberaliorem, vel nimis anxie exemplaris verba exprimere quaerentem prodebant, artis ipsius ejusque ambitus finiumque ratione parum bene intellecta. Quod praecipue in epico carmine locum habuit, cujus indolem virtutemque adeo ignorasse videntur primi Romanorum poëtae, ut quid ad tragoediae argumenta invenienda, disponenda, et adornanda contribuat, nequaquam perspicere potuerint. Quidquid enim in eorum fabulis, seu potius fabularum reliquiis, ad virtutes dramatis, ab Epopoëia mutuatas, referre possis, id totum e Graecis sumserunt, nescii ipsi forte, unde his artificium illud mirum patuerit. Optime testari possent, quae diximus, fabulae praetextatae, quas nullo duce ex sui populi historiis composuerant, seu quae, ut Festus scribit, res Romanorum continebant scriptas (6). Has vero temporis injuria gravis nobis eripuit. Cujus generis ab Ennio *Scipionem*, a Pacuvio *Paullum*, ab Attio-

(5) Art. poët. 285.

Nec minimum meruere decus; vestigia Graeca
Ausi deserere, et celebrare domestica facta,
Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas.

(6) De his *Horatiana* illa in Art. Poet. 287.

Nil intentatum nostri liquere poëtae,

tio *Brutum*, qui Tarquinios ejecit, *Deciumque*, qui se devovit, editos esse tradunt Grammatici (7). Tragoedias fuisse scribit Vossius (8), nec adversatur Diomedes, qui togatas praetextatas eo tantum a tragoediis differre ait, quod in tragoediis heroes inducuntur (9). Ex quibus forte colligi potest, fuisse dramata, ad Graecorum similitudinem composita, quorum argumenta non a Graecis, sed a Romanis ducibus desumta essent. De iis judicare, res est plena difficultatis; nam nonnisi fragmenta relicta habemus. Quantum ex laciniis, quae ex Ennii Scipione servatae sunt, perspicere licet, panegyricus ille potius, quam tragoedia, fuisse videtur; certe actionis dramaticae in eo nullum vestigium restat. Ut pro tragoedia habuerint Viri docti, causa fuisse videtur metri trochaici ratio, quam fragmenta a Cicerone, Gellio et Macrobio laudata referunt, quamque Columna in exordio tantum operis a poëta usur-

(7) Cf. *Diomed.* III. p. 487.

(8) Institt. Poëtic. II. p. 31. cf. *Signorelli* in storia Critica de' teatri cet. II. p. 21. qui et Naevii *Romulum* ad praetextatas refert.

(9) Omnino personarum tantum ex dignitate tum temporis discrimen statuisse videntur Romani inter comoediam et tragoediam, quod optime ex *Plauti* loco probari potest, qui invenitur in Amphitr. Mercurio prologum agente:

Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar,
Post argumentum hujus eloquar tragoediae.
Quid contraxistis frontem? quia tragoediam
Dixi futuram hanc? Deus sum: commutavero
Eandem hanc, si voltis: faciam ex tragoedia
Comoedia ut sit, omnibus iisdem versibus.
Utrum sic, an non, voltis? sed ego stultior,
Quasi nesciam vos velle, qui divos siem.
Teneo quid animi vostri super hac re siet.
Faciam, ut commista sit tragicocomoedia;
Nam me perpetuo facere ut sit comoedia,
Reges quo veniant et di, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic servus quoque parteis habet,
Faciam hanc, proinde ut dixi, tragicocomoediam.

uſurpatam eſſe contendit (1). Aliter res ſe habet in iis fabulis, quas ſub Bruti ac Decii nominibus ab Attio editas cognoſcimus. Nam quae apud Scriverium ex iis fragmenta collecta ſunt, ea dialogo inter ſe cohaeſiſſe clarum eſt. Sed ut omnia eorum, quorum nomina inſcripta ſibi habent fabulae, facta resque geſtas exponendas atque laudandas ſibi propoſuiſſet poëta, tantum abeſt, ut potius in fragmentis ſingula momenta poſſis deprehendere, in quibus praecipue verſatus eſſet. Sic e. g. ex Tarquinii monologo de ſomnio ſuo, a Cicerone ſervato, clare elucet, quid poëta in Bruto ſiſtere voluerit; itemque ex Decii quibusdam laciniis declarari poteſt, memorabilem Deciorum devotionem, pro patriae ſalute ſuſceptam, poëtae exornationis dramaticae materiem dediſſe. Ceterum in Decii Bruti imperatoris laudem hoc drama conſcriptum eſſe, ex Valerio Maximo (2) colligo, qui Decium Brutum, familiari Attii cultu et *promta laudatione* delectatum, ejus verſibus templorum aditus, quae ex manubiis conſecraverat, adornaſſe tradit. Lugeri ſatis profecto non poteſt, haec nobis artis dramaticae naſcentis apud Romanos monumenta tempus invidiſſe, ex quibus, ſi exſtarent, mul-

(1) Homerum Ennium imitari voluiſſe mihi probabile eſt; qui quemadmodum in laudibus Achillis magnum ſe ac praeclarum oſtenderat, ſic Meſſapius poëta in laudandis rebus, a Scipione geſtis, parem gloriam paremque nominis honorem conciliare ſibi in propoſito habuit. Fidem faciunt Aeliani verba apud *Suidam*: Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητὴς, ὃν Ἀιλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιον φησί. Σκιπίωνα γὰρ ἄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξάραι τὸν ἄνδρα βελόμενος, φησὶ μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαναξίως ἐπαίνας ἐιπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ, ὡς ἐτεθῄπει τῇ ποιητῇ τὴν μεγαλόνοιαν, καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον, καὶ ἀξιάγαστον; καὶ ὡς ἐπαινέσαι δεινὸς Ὅμηρός ἐστι, καὶ κλέος ἀνδρῶν πυργῶσαι τὲ καὶ ἆραι, ἐξ ὧν ἐπῄνεσε τὸν Ἀχιλλέα καλῶς ἠπίσατο ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος. Recte igitur ex ampliſſimis Achillis landibus Ennius cognoverat, quantum Homerus in landando, et virorum gloriam exaggerando, ac in caelo efferendo valuerit. Bella tantum Scipionis, omiſſa vita privata, in hoc carmine deſcripta eſſe, ait *Porphyr.* ad Hor. Sat. II. 1. ac de eodem panegyrico forte intelligenda ſunt, quae habet *Horat.* Carm. IV. 8.

(2) L. VIII. 14. 2.

multum ſane diſci poſſit, ad tragoediae veteris indolem ac naturam melius perſpiciendam. Ceterum ſub tragoediae vere ſic dictae nomine neutiquam eas venire poſſe, ex eo jam intelligitur, quod ne diſcrimen quidem inter utriusque dramatis, comoediae quippe ac tragoediae, vim atque virtutem tum temporis Romanis bene cognitum fuiſſe videtur. Inde haud errare mihi videor, ſi hiſtorica tantum dramata fuiſſe autumem, quae Annalium ex fide ea dramatice exponerent, quae a viris magnis geſta praeclare in hiſtoriis habebantur.

Sed quemadmodum, quae ab epico carmine in tragoediam redundant commoda, ea Romanis defuiſſe et probavimus, et dolemus; ſic et alterum illorum, quibus tragoedia apud Graecos mire ſe ſuſtentatam et adjutam vidit, Latinis poëtis ſors invidebat. Jacuit ſcil. philoſophia, ultimum hoc genus mortalium, cui, ut cum alius auctoris (3) verbis loquar, Graecorum tragoedia debebat, ut, cum antea commotionum, quas in animis ſpectantium excitaret, vehementia horribilis eſſet, et perſonarum faſtu ac grandiloquio quaeſito et affectato diſpliceret, nunc de tumore ſuo inani ferisque clamoribus remitteret, molliores humanioresque mores indueret, atque ita angendo, irritando, mulcendo, falſisque terroribus implendo, ſimul et ſuaviſſima affectuum mentis humanae commotrix, et certiſſima emendatrix ac ſedatrix fieret. Hoc mirabili artificio unus Euripides meruit, ut naturas hominum, vimque omnem humanitatis a Socrate edoctus, τραγικώτατος poëta ſapientiſſimo Graecorum audiret, atque tanto quisque optime naturae expreſſiſſe veritatem judicaretur, quanto illi ſimillimus eſſet. Neque tamen Romanorum poëtarum, qui multo magis, quam Graeci, populi ſui mores, ingenium, ſenſusque reſpicere coacti erant, conditio ea fuit, ut, etiamſi philoſophiae ſtudio habuiſſent ingenium ſubactum, omnem exinde fructum omnemque utilitatem ad fabularum dignitatem virtutemque perficiendam

(3) *Baden* in Diſſ. de Cauſſ. cet. p. 17.

comparare ſibi potuiſſent. Accommodare nimirum ſeſe eos oportuit populi, quem ſpectantem habebant, conſuetudini ac moribus, qui delectari tantum, non erudiri voluit (4). Quam enim apud Graecos fuiſſe comperimus dramaticae poëſeos conditionem, qua poëtae non adeo populi incultioris atque rudioris applauſibus ſtudere, quam ad ſummam, quantum fieri potuit, artis perfectionem atque elegantiam, quas dabant, fabulas revocare jubebantur: ea apud Romanos nunquam locum habuit. Artem nondum tenuerunt tragici Romani, qua populi amores revocarent a jocis illis riſibusque, quos nunquam ſane tragicae ſeveritati conciliare licuit. De arte in tragoedia ne cogitaverunt quidem; nam etiamſi Graecorum exemplaria manibus verſando, paullatim deguſtare debuerunt aliquid de iſtis virtutibus, in quibus tragoediae vis atque ἐνέργεια cernitur: tamen imitatione ſua ea, quae animadverterant, non ad artis certae certique numeri leges regulasque referre, ſed populi tantum applauſibus accommodare, ejusque pro amore vel immutare ſoliti erant. Populi deliciis tota ars theatri fuit dicata; unde facile divinare licet, quaenam illa fuerit, eſſeque potuerit, quae ingeniis indoctis plane, omnibusque barbariei longae ſordibus obrutis placuit. Poëtam nullum adhuc inter ſe viderant; inprimis Epicus defuit, qui a majoribus quae geſta erant, populo ſenſibus ea veſte eoque habitu adumbrata admoviſſet, ut ea, quae poſt in ſcena ab actoribus agebantur, jucundam antiquitatis jam alıunde notae recordationem ſuppeditarent. Tragoedias Graecorum multitudini Romanae umquam commendatas eſſe poſſe, inanis fuit exſpectatio. Argumenta fabularum, auditores, finemque ſpectaculi diverſum plane atque differentem qui meminerit, Romano in Theatro Graecorum artem periiſſe corruptamque eſſe, non mirabitur. Comoedia ſola, qualis

(4) Hoc ſolo conſilio *Terentius* luſit, ut ipſe fatetur, Prol. in Andr. 1.

Poëta cum primum animum ad ſcribendum adpulit.
Id ſibi negoti credidit ſolum dari,
Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.

Cf. Heaut. Prol. 49. 50. qui verſus iterum leguntur Hec. Prol 41 ſqq.

lis vetus illa Graecorum fuit, animos tragoediae ſeveritate abalienatos, iterum ſibi reconciliavit: ab eodem enim fonte apud utrumque populum originem ſumſerat; a jocis quippe, riſibusque laſcivis, in quibus omnis fere agreſtium hominum voluptas continetur. Atqui hanc, etiamſi Graecorum exemplaria ante ſe non habuiſſent, tamen quodammodo exculturos Romanos fuiſſe credere fas eſt; a propria enim populi cultura ac ingenio proceſſit, nec aliunde illata fuit. De Atellanis fabulis, ab Atellis, Oſcorum in Campania civitate, Romam delatis, certo non conſtat, an primi earum auctores Graecos ſibi praeeuntes habuerint, nec ne. Jam vero eo tempore, quo ars quaedam, ſi modo meditationem de majore rei effectu proferendo artis nomine appellare fas eſt, rudibus antiqui temporis conatibus accedere paullatim coepit, Graeci fontes aperiebantur, in quibus nihil magis cavere ſibi debuerunt Romanorum poëtae, quam ne umquam ad Graecorum perpolitam elegantemque urbanitatem, ac in jocando temperantiam aſpirare ſtuderent. Quod Terentius inprimis videtur neglexiſſe, unde pluries a populo theatrum relictum ac deſertum fuit, cum fabulas daret (5). Nota ſunt, quae Horatius de nimia antiquorum poëtarum apud populares ſuos aeſtimatione queritur (6), cujus ſane cauſſa alia non quaerenda eſt, quam rudis illa inconditaque ſpecies, qua induti erant, quaeque populo ſemper rudi, nec umquam doctiori, melius placebat novis iſtis hominibus, Graecorum qui elegantiam urbanitatemque edocti erant.

Expoſitis his, facile jam intelligere licet, cum ars nulla tragica Romae eſſet, nihil quoque eorum apud Romanos quaerendum eſſe, quae inter Graecos poëſin dramaticam adeo promoverunt. Nota ſunt certamina muſica, ſeu ſcenica, in quibus

76.

(5) Cf. Prol. ad Hecyr. Eodem pertinent *Horatii* verba Epp. II. 1. 185.

.... media inter carmina poſcunt
Aut urſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Cf. Serm. I. 10. 76.

(6) Epp. l. c. 48. 49.

τετραλογίαις a poëtis certabatur; nota ἄθλα, quibus laureati domum redibant; notae tribuum impenſae atque ſumtus, quos in ſcenico apparatu ſplendide adornando impendebant. Quibus ſtudiis etiamſi plures, et ab artis promovendae amore alienae cauſſae ſubeſſent, aemulatio nimirum inter tribus, religionisque celebratio; tamen cum artis expolitione adeo conjuncta erant, ut non potuerit non magna inde utilitas magnusque fructus in eam redundare. Sed haec et ſimilia apud Romanos plane ignorabantur (7). Quo enim tempore populo ſpectanti fabulas dare coeptum eſt, poëtae dramata pro pecunia certa Ae-

(7) Quae enim hujus generis inter Romanos inſtituta eſſe legimus, ea omnia a ſeriore tempore repetenda ſunt. Sic *Sueton.* in Domit. c. 4. Domitianus inſtituit et quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, *muſicum*, equeſtre, gymnicum; et aliquanto plurium, quam nunc eſt, coronarum. Cf. *Juven.* Sat. VII. De Attii poëtae ſtatua, in Muſarum templo collocata, teſtimonium exſtat ap. *Plin.* XXXI. 5. Collegii poëtarum, eodem forte loco habiti, mentionem facit *Valer. Max.* III. 7. 11. in quo volumînum, non imaginum certamina exercebantur. De praemio, cantoribus tragoediarum ſeu tibicinibus conceſſo, conſulendus *Zoſimus* II. 5. p. 127. Sed qui genium veteris poëſeos, eamque conditionem, in qua fuiſſe veteres poëtas diſcimus, bene perſpectam habet, hujusmodi inſtitutis artem vere tragicam apud antiquos Romanos ne promoveri quidem potuiſſe facile intelliget. Quid enim exſpectari potuit ab iis, quibus ea lex tanquam ſumma ac ſanctiſſima praeſcripta erat, non ut ad majorem artis perfectionem doctrinamque revocarent, quae compoſuerant, ſed ut multitudinis indoctae ſtudiis ſenſibusque ſatisfacerent. Fac, Graecorum inſtar, τετραλογίαις, aliisque certaminibus certaſſe Latinos poëtas; unum, qui fabulae juſtis artis finibus deſcriptae proximus fuiſſet, alterum, qui vel neglectis juſti dramatis legibus, ſolis populi applauſibus vacaſſet, utrum putas laureatum ex arena diſceſſiſſe? Eo demum tempore, quo populus in mimorum, gladiatorum, venationumque ludis occupatus, ſcenam deſeruerat, liberaliorem curſum poëtae inſtituere potuerunt; jam enim ea cura liberati, qua populi ſpectantis deſideriis ſervirent, ad artem magis componere fabulas licuit, momentaque ea obſervare, quibus apud Graecos tragoediae perfectio debetur. A quo tempore Ovidii Medeam, Varii Thyeſten, aliaque forte, quae traduntur, dramata tragica profecta eſſe putem.

Aedilibus (8) vendebant, qui ludos ſcenicos publico munere curandos habebant (9). Sic certe Terentius, cum Hecyram in ſcena actam populus deſeruiſſet ad funambuli, haud procul a theatro agentis, ſpectaculum viſendum, eandem fabulam novam quaſi reſcripſit, nolens eam iterum referre, eo ut iterum poſſet vendere (1). Ad Domitiani usque tempora hanc dra-

(8) Cf, *Donat.* in vit. Ter. ejusque Eun. in Prol. 20. ibiq. *Donat.* — Bello Punico ſecundo Sempronius, et Cn. Fulvius, Aediles Curules, primi per quatuor dies ludos ſcenicos ediderunt. Liv. XXIV. 43. Omnino circa hoc tempus, magno cum fervore naſcentem artem dramaticam exceperunt Romani: certe Livius, pace reſtituta, quindecim ludorum ſcenicorum editiones per ſeptemdecim annorum ſpatium factas eſſe tradit, quae LVI. dies implebant. *Liv.* XXXI. 39.

(9) *Donat.* de comoed. *Ludorum quatuor ſunt ſpecies, quos Aediles Curules munere publico curant. Megalenſes, magnis diis conſecrati. Funebres, ad retinendum populum inſtituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii viri plene inſtruitur. Plebei, qui pro ſalute plebis eduntur. Apollinares, Apollini conſecrati.* Cf. doctam ad h l. *Mureti* notam ap. *Weſterhof.* qua Donatum corrigit, et *Scalig.* ad Varron. V. p. 56. ed. Bip.

(1) *Terent.* Hecyr. Prol. 48. 49.

Ut lubeat ſcribere aliis, mihique ut diſcere
Novas expediat poſthac, pretio emptas meo.

Apparet ex h. l. actorum principes etiam ſuo pretio emiſſe a poëtis fabulas, quas diſcerent, et ludorum editoribus dein venderent. Unde, ſi fabulae non ſtarent, periclitabatur actor princeps. Pretium enim reddendum erat. Donatus quidem, et poſt eum Dacieria, explicant illud *pretio meo* per *periculo meo*, dum actorum principes in examinandis fabulis, iisque pretium ſtatuendo admiſſi ſint, quae ſi exploderentur, ipſi in culpa erant. Sed nihil omnino impedit, quo minus primam propriamque horum verborum ſignificationem retinere poſſis. Facile enim poteſt cogitari, actorum quoque principes fabulas emiſſe a poëtis, quas iterum Aedilibus venderent, qui ipſi forte cum iis, rei peritis populique ſtudia cognoſcentibus, contrahere maluerunt, quam cum poëtis dramatumque ſcriptoribus. Plures quoque in prologis latinarum fabularum loci obveniunt, e quibus colligere poſſis ab hiſtrionum principe pependiſſe, quaenam fabula daretur; e. g. ap. *Plaut.* in Caſin. 11 ſq.

Nos poſtquam populi rumorem intellexímus,

Stu-

dramatum emtionem in usu fuisse, testis est Juvenalis (2). Sed quid, quaeso, critici ingenii atque sensus ab emtoribus exspectare licuit, qui non id sibi curandum esse putabant, ut artis sublimitatem elegantiamque quaererent, sed ut populo tantum rudi, solisque in jocis inanibusque cachinnationibus sibi placenti, delicias per tempus aliquod crearent; quod qui optime praestitit, etiamsi ab artis umbra atque specie esset quam maxime alienus, plurimum tamen in honore habebatur (3). Excusatius sane errarunt tragici Latini veteres, cum populi desideriis satisfaciendum esset, qui et nativa ruditate nondum exuta, subtiliora artis tragicae momenta percipere nondum valuit, et aliam plane ac diversam imaginem sibi ante oculos induci voluit, quam quae unquam a veri tragici ingenio atque

Studiose expetere vos Plautinas fabulas,
Antiquam illius edimus comoediam.

(2) Sat. III. 7. 82.

(3) Memorabilem in *Terentio* locum habemus, e quo evincitur, privatim ac speciminis caussa dramata apud Aediles Curules ante acta esse, quam publice darentur. Exstat in Prologo ad Eunuch. v. 20 sq. ubi graviter conqueritur poëta de Lucio Lavinio quodam (seu, ut *Dacieria* mavult, Luscio Lanuvino, cf. *Donat.* Prol. in Andr.), poëta pessimo, qui ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas fabulas. Hic infenso in Terentium animo, artibus suis nefariis perfecit, ut sibi inspiciundi copia daretur, ac tum, coram magistratibus cum fabula privatim agi coepta esset, ex Plauto Naevioque furtum fecisse eum arguit. Discimus ex hoc loco, partim ante dramata, quam emta essent, esse examinata, partim adhibitum fuisse huic examini ab Aedilibus alium poëtam, ab auctore fabulae diversum, qui coram iis dramati pretium statueret. Quod examen in recitando fabulam substitisse, intelligi forte potest ex iis, quae Donatus, quisquis tandem fuit vitae Terentianae auctor, de Caecilio refert, cui, cum Terentius Andriam suam Aedilibus emendam dedisset, ante recitare eam jussus est. Apud Plautum instituti hujus vestigium nullum; unde forte a seriore tempore repetendum est. Nota sunt, quae *Cicero* (ad Famil. VII 1) et *Horatius* (Art. 386. Sat. I. 10) de Spurio Maecio, nobili dramatum judice, habent. Ad quinque Censores has examinandi partes refert *Signorelli* (Istoria de 'teatri cet. Vol. II. p. 171) easque in Apollinis vel Musarum templo fabulis a poëtis recitatis pretium statuisse tradit, nec tamen addita auctoritate, e qua desumserit.

que arte potuit proficisci. Unde facile intelligitur, διδασκάλους ex Aristotelis mente in scena nunquam fuisse poëtas Romanos (nam in liberorum institutione postero tempore magna antiquorum poëtarum libros fuisse auctoritate docent ea, quae Horatius rhetoresque de iis attulerunt), neque ad παθημάτων κάθαρσιν conferre aliquid potuisse, sed in sola potius oblectatione seu διαγωγῇ versatos esse (4). Inveniuntur quidem multa in fabulis antiquis, quae ad poëtices officium, a philosopho praescriptum, referri possent; quale illud est apud Plautum in Captivorum prologo (5); sed ipsam hanc morum emendationem non tanti a poëtis esse aestimatam, ut populum morantem non audissent, nemo est, qui ignoret.

Alia praeterea caussa, qua inprimis factum est, ut primi Latinarum tragoediarum scriptores a Graecis, quos imitabantur, adeo artis elegantia ac concinnitate superati essent, in eo quaerenda erit, quod antiqui dramatis cum repraesentatione scenica conjunctio fuit arctissima, ideoque non tam ex legentium delectatione, quam fraude spectantibus ab actore facta, pretium spectaculis statutum est. Mimorum, ut jam alibi monuimus,

(4) *Aristot.* de poët. c. 6. Ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν κ. τ. λ. Adde his ea, quae in octavo de rep. p. 612. ed. Par. 1654 f. habet, ubi universam musicen, quo et θεατρικὴν refert, ad tria esse utilem scribit, παιδείαν, κάθαρσιν, διαγωγήν. ad docendum, ad liberandum ab affectibus, ad oblectandum.

(5) V. 54 sqq.

Profecto expediet fabulae huic operam dare.
Non pertractate facta est, neque item ut ceterae;
Neque spurcidici insunt versus immemorabiles.
Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala,
Neque miles gloriosus. —

mus, apud Romanos nimia auctoritas, quae inde a primis ſatirarum actionibus per Thuſcos ludiones initium ceperat, inprimis levis hujus ſcriptarum fabularum aeſtimationis culpam ferre videtur. Huc quoque referendae erunt, quae paſſim de judicibus, in ſcena Romana ſedentibus, obveniunt notitiae; qui non de ſcriptis a poëtis fabulis, ſed tantum de hiſtrionum, qui primitus iidem et poëtae erant, actione judicabant. Aediles (6) hos fuiſſe ex Plauto probabile ſit, qui pluries ad Aediles in prologis fabularum ſeſe convertit, ut juſti judicii ferendi officium eos admoneret, quale e. g. illud in Amphitr. Prol. ex Mercurii perſona:

Nunc hoc me orare a vobis juſſit Jupiter,
Conquiſitores ſinguli in ſubſellia
Eant per totam caveam, ſpectatoribus.
Si quoi favitores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiantur togae.
Sive etiam, qui ambiſſent palmam hiſtrionibus,
Seu quoiquam artifici, ſeu per ſcriptas litteras,
Seu qui ipſi ambiſſent, ſive per internuntium,
Sive adeo Aediles perfidioſe quoi duint,
Sirempſe lege juſſit eſſe Juppiter,
Quaſi magiſtratum ſibi alterive ambiverit.
Etc.

Artificem h. l. eundem, quem hiſtrionem, ſignificat Plautus, quod luculentiſſime apparet ex Prol. in Poenulo:

Quodque ad ludorum curatores (7) *attinet,*
Ne palma detur cuiquam artifici injuria
Neve ambitionis cauſſa extrudantur foras.

Ar-

(6) Sub Imperatoribus proprium munus fuiſſe videtur; cf. *Tac.* Annal. XI. 36 *Suet.* Calig. 27. *Dio Caſſ. XLV.* 2. *Capitol.* Ant. 23.

(7) *Conductores* appellat idem in Aſinar. Prol. ad eosdemque judices juſtiſſimos provocat in Captiv. Prol.

Artifices igitur hic ſunt hiſtriones, nobiliori tantum nomine notati. Nam proprie hiſtriones infamia apud Romanos notati erant, unde non ſolum civium honore carebant, verum etiam e tribu moti ne ſtipendia quidem militaria facere (cf. Liv. VII. 2) poterant, ſervorumque inſtar, ſiquid deliquiſſent, verberabantur, ut docet locus apud Plautum (3). Conſtat ſane, quanto probro contemtuique duxit ſibi Laberius, eques Romanus, cum a Caeſare juſſus, mimos, quos conſcripſerat, ipſe in theatro agere coactus eſſet (9). Ac etſi ſeriori tempore e ſenatoribus ordineque equeſtri multi eſſent, qui perſonas in theatro agerent; tamen ab Auguſto et Tiberio vetitum eſſe diſcimus (1), ne vel Senator quis, vel eques probroſum hoc contemtuque dignum munus ſuſciperet. Ab Etruſcis una cum arte ipſa, hiſtriones contemnere Romani didiciſſe videntur. Nam ex Livii (2) aliqua narratione diſcimus, fuiſſe inter Etruſcos, qui ſervos alerent, quorum opera ad rem ſcenicam uterentur, quosque ludis faciendis locarent. Soli Atellanarum actores communi hac infamia exemti erant, quas eo tempore, quo poëtae ipſi ſuas fabulas agere deſierant, agendique partes ad hiſtriones translatae erant, Romani juvenes ſibi ſervarunt (3).

Ex

Prol. fin. — Quaenam praemia illa *fuerint*, ignoratur. Eſt locus ap. *Plaut.* in Ciſtell. fin.

— *poſt id ea loci*
Qui deliquit, vapulabit, qui non deliquit, bibet.

(8) Ciſtellar. Act. V. cf. not. anteced. et *Polluc.* Atellanis.

(9) *Macrob.* II. 1.

(1) *Suet.* Aug. 44. Tib. 35. Optime hoc de diſcrimine Graecos inter et Romanos exponit *Nepos* praef. *In ſcenam vero prodire, et populo eſſe ſpectaculo, nemini in iisdem* (Graeciae) *gentibus fuit turpitudini: quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia, et ab honeſtate remota ponuntur.* Quid? quod ipſe Cicero de Roſcio, quem toties laudibus extulit, nec publica oratione defendere erubuit, dicit in Or. p. Quint. 25. *Etiam cum artifex ejusmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur; tum vir ejusmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat.*

(2) V. 1.

(3) Cf. *Val. Max.* II. 4. 4. *Liv.* VII. 2. *Pollux* ſub h. v. Collegium, quod ex more Romanorum ſcenicos ludiosque omnes conſtituiſſe,

Ex omnibus his, quae modo diximus, apparet, rem tragicam apud Romanos nunquam fuiſſe popularem, h. populi mores, conſuetudinem ac ſenſum nimis abhorrentem fuiſſe a tragica dignitate et ferenda et recte aeſtimanda, ita ut tragoediarum ſcriptores nunquam ejus in applauſibus acquieſcere potuiſſent. De cauſſis neglectae a Romanis tragoediae qui ſcripſere, hujus generis plurimas recenſere ſolent, quarum nonnullas ſupra quoque propoſuimus. Sed recte ſtatuere arbitramur, primam ac forte unicam rationem, ex qua non ſolum defectus ille in arte tragica, verum etiam in ceteris poëſeos generibus, in philoſophia, in litteris fere cujuscunque generis explicari poſſit, quaerendam eſſe in diverſo plane alioque ingenio, quo a Graecis omnibusque, inter quos litterae excultae ſunt, populis differebant Romani. Graecorum litterae artesque ſi Latio illatae nunquam eſſent, aliam plane in mente excolenda viam ingreſſuros fuiſſe Romanos, admodum probabile eſt. Quod ex eo jam intelligitur, quod, quo tempore Atticae artes atque inſtitutio primum Romanos inter effloreſcere coepit, haec ipſa, proprio colore proprioque habitu amiſſo, peregrini populi habitu induebatur. Nondum enim ita ſubactum erat ferox et acre ingenium, ut quaſi rem plane alienam, nec ſuae indoli accommodatam, recipere paſſum eſſet. Unde prima Romanorum in arte poëtica conamina aut anxie Graeca premere veſtigia, aut viam deſignatam paullo relinquendo, pro ingenii ferocis luxurie et acritate dum humum vitare vellent, nubes et inania petere videmus (4). Poſt demum, cum poëtae, natione quidem Romani, ſed inſtitutione Graeci exſtitiſſent, cumque lingua cultior elegantiorque ea, quae vatum antiquorum curſum acrem cohibuerat, haud amplius impedimento eſſet, tragoedia quoque aliam ſpeciem aliamque formam induit. Quantum enim Graecorum dramati Homeri laboribus dignitatis acceſſiſſe vidimus, tantum Virgilius Latinae tragoediae profuiſſe,

ex inſcriptionibus quibusdam probare ſtudet *Cocquelines* in Prolegg. ad Ter. p. XIII. (Rom. 1767. fol.)

id a ſeriore tempore repetendum eſſe mihi videtur.

(4) *Hor.* art. 230.

fuiſſe, ejusque ſtudia dilataſſe cenſendus eſt. Laeta deinceps ſucceſſerunt Auguſti tempora, quibus inſignes tragicos admiramur. Ovidius inter alia, quae ingenii facultatisque poëticae reliquit monumenta, Medeam etiam ſcripſit, qua ex Quintiliani judicio omnes facile tragicos latinos ſuperavit. Eandem ab ingenio auctoris commendationem habuit Varii Thyeſtes, quem cuilibet Graecorum comparari poſſe, idem judicat Quintilianus. Jam quis non Pollionis carmina, digna cothurno Sophocleo, ex Virgilio laudari meminerit, aut ex Horatio Titium, tragica deſaevientem et ampullantem in arte? Ferax omnino fuit tragicorum aetas, neque amplius, quam ſemper adhuc veteris tragoediae auctores reliquerant vituperationem, admiratione ſola Graecorumque fama ad fabulas eorum legendas vertendasque ducebantur, verum etiam ipſi, carminis tragici natura atque indole bene intellecta, proprio Marte fabulas conſcripſerunt, quas vero nomine togatas poſſis appellare. Nec tamen vel tum factum eſt, ut tragoedia, quae tantos jam cultores tantosque ſcriptores ſortita erat, gratius a populo accepta eſſet. Doctiorum tantum in porticibus villisque praelectae videntur eſſe, non actae fabulae, quae a liberaliore artis ſtudio minusque ſervili Graecorum imitatione profectae erant. Populi ſtudia ab initio jam abalienata fuerunt a tragica ſeveritate, ac quae poſt acceſſerunt ad nativas ejus ſordes barbariemque abſtergendam, haud ea fuerunt gravitate eoque momento, ut in melius immutare ea potuiſſent. Ea enim ſemel ad inanes artes cum traducta eſſent, fieri non potuit, ut reconciliarentur ei in moribus ſiſtendis ſimplicitati, ei in heroibus regibusque colendae humanitati, ei denique divinae indolis cum humana infirmitate conjunctioni, quam in Graecis poëtis maximam colimus atque aeſtimamus, ac in qua totius tragoediae ſublime artificium contineri ſemper judicarunt viri rerum periti. Cruenta gladiatorum certamina, tragico carmini peſtifera, quae, ut artem dramaticam, pariter ab Etruſcis acceperant Romani (5), omnem ma-

(5) M. et D. Junii Bruti in funere patris primum gladiatorium munus edidebant a. 490. V. C. 264. a. Ch. *Val. Max.* II. 4. 7. Equi pugilesque

maturatum ipso tempore sensum populo abstulerant, vel potius repressérant, quo tragici affectus gravitati, perturbationum humanarum adumbrationi molliori ac teneriori, istisque characteribus sistendis prospiciebatur, qui neque plane humanitatis terminos exulasse, neque penitus a diviniore quavis indole atque natura alieni esse videbantur. Nec quoque improbabile videtur, eam, in qua Graecorum inprimis virtus cernebatur, in adumbrandis variis coloribus simplicitatem, eam in sensibus animique affectibus recte exprimendis temperantiam, eam in officiis cujuscunque aequaliter dispertiendis, personarumque inductarum dignitate recte sustinenda constantiam nunquam attigisse Romanos. Quae enim temporis facilitate Senecae nobis servatae sunt tragoediae integrae, doctrinam quidem auctoris satis probant et in inveniendis tragoediarum argumentis, et in singulis earum partibus perficiendis: sed ista sententiarum densitas, Stoicorum a scholis mutuata, ista Euripidei plerumque dramatis variatio atque mutatio, ista chori in tragoediis neglecta plane ratio atque contemtus, ista tandem exercitationi declamatoriae, quam gravitati tragicae proprior dictio, nescio, an rei peritis omnibus possit adprobari. Ultimus quoque Seneca fuisse videtur, aut quis tandem fabularum, ejus nomine nobis traditarum, auctor vere exstiterit, qui huic poëseos generi sese addixit. Ex omnibus enim, quae ex interna fabularum natura atque indole divinare licet, vero maxime simillimum est, non amplius scenae publicae eas fuisse destinatas, verum solis exercitationibus quibusdam privatis secretisque, declamationis forte exercendae judiciique acuendi caussa institutis. Accedebant deinceps a tempore quoque multa, quae Romanae tragoediae vim

que ex Etruria acciti narrantur a *Livio* I. 35. Tarquinii Prisci tempore. Cf. *Heyne*, V. cl. in Commentt. de Etrusc. antiquit. cet. Furorem quasi, quo populus Rom. in hos ludos ferebatur, declarant optime illa *Ciceronis* Or. p. Sext. c. 59. *Equidem existimo, nullum tempus esse frequentioris populi quam illud gladiatorium: neque concionis ullius, neque vero ullorum comitiorum.* Cf. Epp. ad Div. VII. 1. *Plin.* XXXVI. 15. *Plut.* Syll.

vim virtutemque infirmare debuerunt. Mutata nimirum reip. forma ac tyrannorum imperium inde ab hoc tempore incipiens, maximo impedimento fuit, quo minus tragoedia excoleretur. Verendum enim, ne in reges principesque in scena quid committerent poëtae, quod majestatem violare videretur. Exemplo est Mamercus Scaurus apud Tacitum (6), seu, ut Dioni (7) audit, Marc. Aemilius Scaurus, qui cum Atreum ex Euripide fabulam docuisset, a Tiberio morte multatus est; itemque Curatius Maternus, qui quum in Catone tragoedia contra tyrannos declamasset, a Domitiano Imp. parem sortem expertus est (8). Ac sic innumera alia afferri possent, e quibus probaretur, tragoediae studium tum temporis non solum non laude sua caruisse, verum etiam periculosum admodum fuisse ob tyrannorum suspicionem delatorumque frequentiam, qui quidquid contra principem, praesentemque reip. statum dictum esse videretur, id studiose domino referrent. Sed nos, ne nimis longi videamur, ad alia properamus.

Haec de tragoediae origine apud Romanos. Pauca quaedam adjicere liceat de indole atque ratione tragoediae Latinae, e Graeco versae, cujus exemplum dabimus Ennii Medeam. Tragoediam non inventam, sed acceptam a Graecis habuisse Romanos, primoque tempore in vertendis tantum Graecorum poëtarum fabulis versatos esse, supra exposuimus; quo eodem factum est, ut ab eorum vestigiis imitationeque penitus devellere sese nunquam potuerint, ideoque nos singulas tantum fabulas togatas, ex Graecanicae artis observatione diligentissime expressas, nec tamen poësin dramaticam togatam noscamus. De ratione atque modo, quem in vertendis Graecorum fabulis secuti sunt veteres tragici, Ciceronis (9) testimonium habemus, qui non

(6) Annal. VI. 29.
(7) L. LVIII. p. 730. ed. *Steph.*
(8) *Auct.* de causs. corr. eloq. c. 2. 3.
(9) Acad. I. 3. De eadem Graecarum fabularum translatione, antiquis Latinis poëtis usitata, intelligo verba apud *Terent.* in Andriae Pro-

non verba, ſed vim Graecorum poëtarum expreſſiſſe Attium, Pacuvium, Ennium tradit. Idem et Hier. Columna cenſuit, cujus verba de Ennio haec ſunt: *Videtur aliquando poëta noſter ſidi interpretis officio fungi; aliquando vero longius evagari, vel plura ex ingenio addendo, vel aliqua reſecando, ut non mirum ſit, ſi in plerisque Ennianis tragoediis, e Graecis converſis, quaedam habeantur, quibus nulla Graeca, aut fere pauca verba reſpondeant, vel aliqua vix ejusdem ſententiae non ſatis manifeſta appareant veſtigia.* Neque haec mira alicui erunt; facile

Prologo v. 20. ubi de Naevio, Plauto, Ennio, loquens, ita pergit:

Quorum aemulari exoptat (Terentius) *neglegentiam*
Potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam.

Neglegentia; haec haud dubie ad Graecorum interpretationem liberam, nec verba ſingula anxie prementem referenda, quam ſecuti ſunt veteres poëtae, Plautus, Naevius, Ennius. Opponitur illi *obſcura diligentia* in vertendis iisdem fabulis, qua omnia ad verba transferebantur et exprimebantur, unde ſaepius ſenſus obſcurus ac reconditus exoriri debuit. Quam anguſtam vertendi rationem plurimi intp. de iisdem Plauto, Ennio, ac Naevio dictam eſſe intelligunt; ſed referenda potius ad eos erit, qui veteris poëtae (v. 7.) inſtar, id vitio Terentio dederant, quod ex duabus Graecorum fabulis libere Andriam ſuam compoſuiſſet: quod ipſe etiam diſtincte exprimit per mutatam pronominis (*iſtorum*) rationem. Sic equidem locum intelligo. Ex his, quae modo diſputavimus, etiam illa ap. *Cic.* de Fin. I. 2. intelligenda erunt: *His igitur eſt difficilius ſatisfacere, qui ſe Latina ſcripta dicant contemnere. In quibus hoc primum eſt, quod admirer: cur in graviſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, cum iidem fabellas Latinas, ad verbum de Graecis expreſſas, non inviti legant. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano, qui Ennii Medeam aut Pacuvii Antiopam ſpernat aut rejiciat? qui ſe iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas litteras oderit?* Cicero h. l. loquitur de Latinarum litterarum contemtoribns, eosque inconſtantiae accuſat, dum patrium ſermonem in fabulis, e Graecis verſis, optime deguſtarent, in rebus autem graviſſimis, h. in philoſophia recuſarent. *Ad verbum* e Graeco expreſſas eſſe ait Cicero fabulas Latinas; quod non ita premendum erit, ut quaſi verbotenus reddiderint poëtae, ſed tantum pertinet ad generalem dramatis adornationem atque elocutionem, quam a Graecis mutuaverant.

facile enim intelligitur, Romanum poëtam et ipſum ingenio acrem atque vehementem, et poëtica ἐνεργείᾳ neutiquam deſtitutum, haud ita veſtigia aliena ſequi potuiſſe, ut ne, invitante occaſione idonea, modo huc modo illuc deflecteret, vel mutando quaedam, quae Romano more melius exprimere ſibi videretur, vel omittendo, quae aut ipſe non perſpiceret, aut quae audientibus minus grata fore ac jucunda autumaret, vel adponendo denique, quae aliunde ſibi comperta, cum iis, quae in textu exſtabant, optime conciliari poſſe animadverteret. De omnibus his exempla poſſunt reperiri; ſed cautio haud parva in iis conquirendis erit adhibenda; nam integram fabulam Latinam haud amplius ſuperſtitem habemus, ſed lacinias tantum paucas fragmentaque, quae abrupta, interciſa, interpolata ut ſunt, magnam haud dubie difficultatem creant Criticae peritis. Item Graecorum dramatum, ex quibus verterunt antiqui tragici, magnus numerus deperditus eſt; unde ne veniam quidem liberam habemus, comparandi fragmenta reliqua cum textu, e quo translata ſunt.

Mutationis ab Ennio factae exemplum habemus in ipſa Medea, quam infra proponemus. In Cantico ſcil. quo apud Euripidem Chorus terram Deam ſolemque advocat, ad prohibendum graviſſimum Medeae ſcelus, quod in liberorum necem moliebatur, poëta Latinus pro Γῆ Dea Jovem poſuit. Euripidis verba ſunt v. 1249.

Ἰὼ γᾶ τε καὶ πάμφαής ἀκτὶς
Ἀελίου, κατεῖδετε —

Quae Latinus poëta ita vertit:

Jupiter tuque adeo ſumme ſol,
Quei —

cujus mutationis cauſſa probabilis alia poteſt reddi nulla, niſi quod ignoraſſet Ennius, quid ἡ Γῆ Dea hoc loco ſibi vellet in

contextu. Haud dubie Veſtam Deam ſub Terrae nomine hic ſubindicavit Euripides, de qua idem alio loco (1).

Καὶ γᾶια μῆτερ, Ἑσίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν ἀιθέρι,

eamque tanquam in aëre pendentem (2) optime ſcelcris, quod mater machinabatur, teſtem potuit invocare atque vindicem. Sed Latinus poëta, cui ex ſui populi religione ſub Terrae nomine Veſta haud innotuit, cum hanc rationem inire non poſſet, pro Terrae nomine Jovem poſuit, cujus mutationis anſam dederunt forte Medeae verba in eadem fabula, v. 765.

Ὦ Ζεῦ, δίκη τε Ζηνὸς, ἡλίᾳ τε φῶς,

ubi Jupiter cum ſole conjungitur. Sic certe nobis facillime hanc Latinae fabulae a Graeca diſſonantiam explicare videmus.

Aliud exemplum proſtat in Iphigenia, ſtatim ab initio, ubi Graeca:

ΑΓ. Τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος αἴσσων, ἔτι μεσήρης.

Quae Ennius ita vertit:

AG. Quid nocti videtur?
SEN. In alteiſono
Cailei clupeo temo ſuperat
Stellas cogens ſubleime etiam
Atque etiam noctis iteiner.

Ad

(1) in fragm. ap. *Barneſ.* 178.

(2) Cf. *Plat.* in Phaedr. et de Legg. XII. p. 950. ed. *Steph.* *Ariſtot.* de Coelo II. 13.

Ad quem locum jam Scaliger (2) animadvertit: *In quibus vides, quid ſibi permiſerit Latinus poëta, qui non interpres, ſed ne imitator quidem eſſe voluit* Sirii conſtellationem in vicinia leporis, non Pleiadum, ſitam eſſe tradunt Aſtronomici ſcriptores, Aratus ac Hyginus (3), unde Euripidem erraſſe notarunt intpp. Quod forte animadvertens Ennius, ad Bootis plauſtrum retulit, quod pariter ſeptem ſtellis ad Arcticum polum efficitur. Temonem, quem hic Ennius poſuit quemque Graeci ἅμαξαν dicunt, alii quoque Latini ſcriptores pro plauſtro uſurparunt (4). A temonis motu multam noctem oſtendere voluit, quod jam Varro ſignificavit, quodque idem apud Euripidem Agamemnon ex ſene quaerere videtur. Veteres enim noctis partes ex apparentibus ſignis notare ſoliti fuerunt.

Accidit etiam, ut ſaepius falſo verterent poëtae, grammatica verborum ſignificatione male intellecta. Cujus rationis exemplum ex Attii Bacchis, quam ab Euripide fabulam mutuatus erat, profert Scaliger (5). Euripidis ſunt v. 1266.

Λαμπρότερος, ἢ πρὶν, καὶ ὑπερτέρερος

Scil. ἀὴρ. Quae Attius reddidit:

Splendet ſaepe: aſt idem nimbeis interdum nigret.

Ad quem locum ita Scaliger: *Hic ſane excuſari non poteſt, qui* ὑπερτέρερον *pluvioſum intellexerit, quod Homero* ὑπερτέες ποταμοι. *Nubigenas vertit Statius, cum ſit hic* ὑκνγέστερος. Sed profecto veteres poëtae non ſolum errare in vertendis Graecis fabulis, ſed et multa licentia uti ſolebant, multumque de ſuo addere, ut hic (6) in his verbis, quae citat Varro l. c. Sed prius videamus, quid Euripides v. 578.

(2) In nott. ad Varr. VI. p. 94. ed. Bip.
(3) cf. *Musgrav.* ad h. l. Eurip.
(4) cf. *Stat.* Theb. I. 697.
(5) ad Varron. V. p. 69.
(6) *Apriſſius* ap. Varron. pro quo repoſuit *Attius* idem Scaliger.

XOP. Τίς ὅδε; τις πόθεν ὁ κέλαδος
Ἀνὰ μ' ἐκάλεσεν Ἐνίους;
ΔΙ. Ἰὼ πάλιν αὐδῶ
Ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.
XOP. Ἰὼ δέσποτα, δέσποτα,
Μόλε νῦν, ἡμέτερον ἐς θίασον.
Ὦ Βρόμιε, Βρόμιε.

Attius: *CHOR. Quis me jubilat?*
BACCH. Veiceinus tuus anteiquus.
CHOR. O Dionyse pater!
Optime viti' sator,
O Semela genitus Evie!

Item ex aliis fabulis in alias transtulerunt, ut Pacuvius in Duloreſten ſuum ex Euripidis Oreſte illa v. 1333.

Τίς; οὐ γὰρ οἶδα μᾶλλον; ἢν σὺ μὴ λέγῃς.

Quae Pacuvius: *Sed incertat me dictio, quin rem expedi.*
Aliud Iphig. T. 367. — Ἀργεῖαι τε νιν
Τυνδάτιν ὑμεναίοισιν, αὐλεῖται δὲ πᾶν
Μέλαθρον —
Pacuvius: — — *Hymenaeum fremunt*
Aequales: aula reſonit crepitu muſico.

Idem Attius fecit in Philoctete ſuo, quem ex Euripidis Sophocliſque fabulis ejusdem nominis compoſuiſſe videri poteſt. Exempla inde protulit Scaliger (7). Idem Ennius in Andromacha, de qua cf. Columnam.

Nec non ſaepius popularium cogitandi mori indulgentes, cum in textum incidiſſent, quem Romanis auribus minus gratum auditu fore autumarent, mutare auſi ſunt hujus aetatis tragici; de quo forte exempli loco afferri poſſunt, quae Cicero

(7) ad Varron. VI. p. 82.

cero ſcribit (8): *Non nimis in Niptris ille ſapientiſſimus Graeciae ſaucius lamentatur, vel modice potius*

"Pedetentium", inquit, "ite, et ſedato niſu,
Ne ſuccuſſu arripiat major
Dolor —".

Pacuvius haec melius, quam Sophocles; apud illum enim perquam flebiliter Vlyſſes lamentatur in vulnere; tamen huic leviter gementi illi ipſi, qui ferunt ſaucium, perſonae gravitatem intuentes, non dubitarunt dicere:

"Tu quoque Vlyſſes, quanquam graviter cernimus ictum,
Nimis paene animo es molli, qui conſuetus in armis aevum
agere."

Intelligit poëta prudens, ferendi doloris conſuetudinem eſſe non contemnendam magiſtram. Atque ille cet. Probabile eſt, ex Sophocle Pacuvium Niptras transtuliſſe, quocum hic Tullius confert poëtam ſuum.

Ejus denique rationis, qua multa adjeciſſe Latinos tragicos evincitur, vel amplificando rem, vel illuſtrando, exempla innumera proſtant, non ſolum in Ennio noſtro, cujus nonnulla infra notabimus, verum etiam in ceteris tragoediarum ſcriptoribus, quorum fragmenta reliqua cum Graeco textu comparationem adhuc patiuntur.

Sed omnino omnes non uno eodemque modo vertiſſe fabulas res ipſa docet, ac ex judiciis, quae paſſim a veteribus de Ennio, Pacuvio, Attio, ceterisque hujus aetatis tragicis obveniunt, optime poteſt obſervari. Sic Ennii ex Cicerone (9) diſcimus virtutem inprimis in eo eſſe aeſtimatam, quod a communi verborum ſignificatione non diſceſſerit; Pacuvii vero in

(8) in ſecundo Tuſcul. 21. (9) Orat. c. 11.

in ornato elaboratoque verſuum genere. Idem Cicero alio loco (1), de diſſimili ejusdem rei tractatione oratoria verba faciens, idem in poëtas cadere animadvertit, quibus ſit proxima cognatio cum Oratoribus; Enniumque, Pacuvium, Attium eodem modo diſſimiles inter ſeſe eſſe tradit, quo apud Graecos Aeſchylum, Sophoclem, Euripidem, quibus omnibus par paene laus in diſſimili ſcribendi genere tribuenda eſſe videatur.

Si Livianas fabulas haud dignas repetita lectione judicat Cicero (2), haud dubie reſpexit ad duram inconcinnamque, omnibusque antiquitatis ſordibus obrutam ſcribendi rationem, quam pariter Horatius (3) reprehendit in Andronico. Sed ipſa haec reprehenſio, a linguae purioris elegantiorisque defectu deducta, ad tragoediam non ſolum, ſed ad omnia ſeſe refert, quae inde ab hoc tempore a Romanis in poëſeos genere elaborata ſunt. Qui nimirum nitor et ſumma in excolendis operibus manus, ut recte judicat Quintilianus (4), magis videri poteſt temporibus, quam poëtis defuiſſe.

De Cn. Naevio paucos tantum tragoediarum titulos habemus, e quibus plurimas Voſſius aliique Critici ei abrogarunt. Certe melior comicus fuit, quam tragicus; unde et ſemper veteribus hoc ſub titulo laudatur; nam de tragoediis ejus earumque pretio ac virtutibus, nullum equidem novi teſtimonium. Cum Novio et Laevio innumeris locis confuſus eſt a Grammaticis, unde facile fieri potuit, ut plura forte ſub ejus nomine relicta habeamus, quam quae revera ab ejus manu profecta ſunt. Laudantur ex his Aegiſthus, Alceſtis, Danae, Iphigenia, Lycurgus, Phoeniſſae et Proteſilaus. Sermonem incultum ejus ac difficilem teſtantur, quae Ennius ſcribit in Annalibus, Faunorum vatumque antiquorum verſus ab eo eſſe repetitos. Qui etiamſi ob antiquatam penitusque obſoletam dictionem, ab hominibus ſerioris aevi intelligi non amplius potuerint, tamen Ho-

(1) de Orat. III. 7.
(2) Brut. 18.
(3) Epp. II. 1. 69.
(4) Inſt. X. 1.

Horatio teſte (5), omnium mentibus inhaerebant: *adeo ſanctum eſt vetus omne poëma!*

Excipit hunc Q. Ennivs noſter, *qui primus amoeno detulit ex Helicone perenni fronde coronam* (6), quemque ingenioſum ſummumque poëtam veteres dixerunt (7). Euripidis verſus in vertendo ejus fabulas non incommode aemulatum eſſe, judicat Gellius (8). Plurima ex tragoediis ejus fragmenta relicta habemus, quas partim ex Graeco vertit, partim proprio ingenio ſcripſit eo modo ac ratione, quam ſupra indicavimus. Medeam ejus et Andromacham prae aliis laudat Cicero (9). Negligentius multa apud eum fuiſſe, quam apud Pacuvium, idem Cicero ait (1), curaque carens audit Horatio (2), quo tamen vitio ceteri quoque ejusdem aetatis poëtae laborarunt. Unde recte Quintilianus (3), *Ennium*, inquit, *ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem.* M. Pacuvii doctrinam, ac in ſententiis gravitatem omnes agnoſcunt (4); ſed cum Caecilio male locutum eſſe, pariter conſitentur (5). Ubertatem ſermonis ex Gellii (6) traditione de eo praedicat M. Varro, quam tamen idem Gellius ad dignitatem potius ac amplitudinem, quam ad venuſtatem ſubtilitatemque orationis referendam eſſe bene vidit. Ac ſic optime convenit cum iis, quae aliunde de pondere ac gravitate ſententiarum hujus poëtae comperta habemus (7).

L. Attivs denique princeps omnium videtur, circaque eum, niſi aſpera ac rudia repetas et inventi laudanda nomine, Ro-

(5) Epp. II. 1. 53.
(6) *Lucr.* I. 121.
(7) Cf. *Ovid.* Triſt. II. 424. *Cic.* de opt. gen. Or. 1. Or. p. Muren.
(8) II. 4.
(9) de Fin. I. 2. de Div. I. 13.
(1) Or. 11.
(2) Art. 262.
(3) Inſt. X. 1.
(4) *Hor.* Epp. II. 156. *Quint.* Inſt. X. 1. *Cic.* Tuſc. II. 21.
(5) *Cic.* Brut. 74.
(6) VII. 14.
(7) *Suet.* Jul. Caeſ. 84.

Romanam tragoediam fuiſſe Vellejus (8) ſcribit. Altus animoſique oris vocatur ab Horatio (9), eademque, qua Pacuvium, ſententiarum gravitate, verborum pondere, perſonarumque auctoritate excelluiſſe, teſtis eſt Quintilianus (1). Quam eandem orationis ſublimitatem et grandiloquentiam agnovit jam Pacuvius, cui octogenario fere Attius, triginta annorum natus, Atreum tragoediam praelegit, dum ſonoram illam atque grandum, ſed duriorem paullo acerbioremque eſſe judicaret, ut ex Gellio (2) diſcimus. Liberalius multo in interpretandis Graecorum fabulis ceteris verſatum eſſe, teſtantur ſingula, quae relicta habemus tragoediarum fragmenta. Sic e. g. Medeam ſcripſit, ſed alienam plane atque recedentem ab ea, quam Ennius vertit ex Euripide. In prologo, e quo longum Cicero fragmentum ſervavit, paſtor quippe inducitur, qui quum primus Argo navem aſpexiſſet, novaque res terrore animum impleviſſet, deſcriptionem ejus longam ac vere poëticam ſodalibus proponit. Hinc et totam fabulam ipſius fuiſſe, Scaligeri (3) eſt ſententia, nonnullis tantum ex Euripide translatis. Ejusdem tragici Troades ac Phoeniſſas liberius vertit idem Attius. Armorum judicium poſt Pacuvium ſcripſit, qui hujus nominis fabulam ex Aeſchylo docuerat; Telephum poſt illam, quam ex Euripide Ennius mutuatus erat; Andromedam poſt eumdem Ennium et Livium: Philocteten denique ex duabus Sophoclis et Euripidis fabulis eum transtuliſſe, fragmenta plurima, a divino Scaligero (4) cum Graecis comparata, comprobant.

Reſtat nunc, ut de choro Latinarum fabularum, e Graecis translatarum, quaedam adjiciamus. Chorum nunquam Romanos inter obtinuiſſe conſtans eſt veterum Grammaticorum ſententia, qui ejus in locum Canticum ſucceſſiſſe aiunt (5). Quod optime cohaeret cum iis, quae de naſcente tragoedia Romana comperta habemus. Nam quemadmodum ex Graecis fabulae integrae vertebantur, ſic et Chori Canticum omitti non debuit. Sed quod in ſcena, Graecorum contra morem, nullus ejus factus eſt uſus, Cantica in Monologi ſpeciem mutata abierunt, cujus actores eadem fere tractare ſolebant, quae apud Graecos Chorus: affectus nimirum excitatos ut deprimerent ac temperarent, Deorum laudes ut hymnis celebrarent, interlocutoris partes ut ſuſciperent, ſuoque interventu intervalla fabulae explerent, ſpectantibusque aperirent, qua de re quovis tempore ageretur (6). Sed haec omnia ex natura atque indole Chori apud Graecos nota; unde non moramur in eorum expoſitione. Ab uno hiſtrione, qui idem et alio tempore interlocutoris munere fungebatur, cantica haec eſſe decantata diſcimus ex Livio (7), qui Andronicum primo tempore ipſum ſuas fabulas egiſſe, canticaque decantaſſe tradit; poſt autem, cum ſaepius a populo revocatus, vocem obtudiſſet, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem ſtatuiſſe, dum ipſe canticum egiſſet aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis uſus impediebat (8). Inde, pergit Livius, ad manum cantari hiſtrionibus coeptum,

(8) I. 17.
(9) Sat. I. 10. et *Ovid.* Amor. I. 15.
(1) Inſt. X. 1. cl. *Perſ.* Sat. I. 76. ubi venoſum Attii librum laudat.
(2) XIII. 2.
(3) in Nott. ad Varr. VI. p. 82.
(4) ad Varron. VI. p. 62.
(5) Auctor claſſicus hac de re eſt *Diomedes* l. III. p. 488. 489.

(6) Unde et de Romanarum fabularum Monologis dicta eſſe velim *Horatiana* illa in arte v. 194.

Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat: non quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, et haereat apte.
Ille bonis faveatque, et conciliet amicis:
Et regat iratos, et amet peccare timenteis.
Ille dapes laudet menſae brevis: ille ſalubrem
Juſtitiam legesque, et apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa, deosque precetur et oret,
Ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.

(7) L. VII. 2. cf. *Val. Max.* II. 4. 4. *Donat.* in tr. de Comoed.
(8) Idem fere refert *Lucian.* de ſaltat. c. 60. πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο· εἶτα, ἐπειδὴ κινημένων τὸ ἄσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν. Tom. V. p. 141. ed. Bip.

coeptum, diverbiaque tantum ipſorum voci relicta. Apparet inde, jam Andronici tempore declamationem et actionem dramatis eſſe ſeparatam, quod quidem de Monologo tantum, cantari ſolito, erit intelligendum. Nam diverbii partes totae redibant ad hiſtriones; ac Livius diſtincte addit, ad manum *cantari* coeptum eſſe hiſtrionibus, non igitur diverbia agere, in quibus nullus cantando locus. Artis muſicae nomen inde traxit res theatralis, quo nomine ſaepius apud Terentium occurrit (9). Ceterum ex hoc maturam jam Mimorum cum tragicis conjunctionem diſcere potes, quae quantum contribuerit ad avocandum populum a virtutibus ſcriptarum fabularum recte aeſtimandis atque cognoſcendis ſupra jam attulimus (1).

Sed

(9) Ut e. g. in Phorm. Prol. 17. Hec. Prol. 38. cet.

(1) Ex eodem fonte interpretationem ſuam habent ea, quae de Canticis, in Terentii fabulis obviis, affert *Donatus* in Prol. ad Eunuch. Hecyr. Phorm. Haec enim et a diverbiis diſtincta, et Graecorum ad ſimilitudinem in fine Actuum a choro ſive tibicine, ut apud Romanos audit, decantata eſſe tradit. Verba ejus ita ſonant, in Andr. Arg. *Eſt igitur attente animadvertendum, ubi et quando ſcena vacua ſit ab omnibus perſonis, ut in ea chorus, vel tibicen, audiri poſſit: quod cum viderimus, ibi actum eſſe ſinitum debemus agnoſcere.* Neque tamen veterum Graecorum Comicorum inſtar (nam in nova Comoedia ex lege Chorum locum nullum habuiſſe, docet *Horatius* in art. 83 idemque de Menandro refert *Evanthius*), Latinos poëtas chori cantico Actus concluſiſſe, fidem facit idem *Donatus* in Prol. ad Adelph. *Haec etiam* (fabula), *ut cetera hujuscemodi poemata, quinque Actus habeat neceſſe eſt, choris diviſos a Graecis poëtis: quos etſi retinendi cauſa jam inconditos ſpectatores minime diſtinguunt Latini Comici, metuentes ſcil, ne quis faſtidioſus, finito actu, velut admonitus abeundi reliquae comoediae fiat contemtor, et ſurgat: tamen a doctis veteribus diſcreti atque disjuncti ſunt.* Patet inde, Cantica, quibus plerumque Graecarum fabularum actus finirentur, a Romanis poëtis eſſe omiſſa, ac quidem eam ob cauſſam, ne morarentur audientes. Sed optimam lucem hic dabunt *Diomedis* verba, ex *Suetonio* de ludis allata, p. 489. ap. Putſch. *Latinae Comoediae*, inquit, *chorum non habent, ſed duobus tantum membris conſtant, diverbio et cantico. Primis autem temporibus omnia quae in ſcena verſantur, in comoedia agebantur; nam Pantomimus et Pythaules et Choraules in comoedia canebant. Sed quia non poterant omnia ſimul apud omnes artifices pariter excellere, ſiqui erant inter actores comoediarum pro facultate et arte potiores, principatum ſibi artificii vendicabant. Sic factum eſt, ut nolentibus cedere Mimis in artificio ſuo ceteris, ſeparatio fieret reliquorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni ergaſterio erant, ſervire dedignabantur, ſe ipſos a Comoedia ſeparaverunt: ac ſic factum eſt, ut exemplo ſemel ſumpto, unusquisque artis ſuae rem exequi coeperit, neque in Comoediam venire.* Quam ſeparationem haud longe ante Caeſaris tempore factam eſſe, conjicit celſ. *Ziegler*, de Mimis diſſ. p. 11. De his Mimorum cantibus equidem illa accipere vellem, quae de Canticis, in Terentii fabulis obviis, ab antiquis commentatoribus afferuntur. Fidem facit conjecturae noſtrae *Donatus* ipſe in Proleg. ad Ter. qui poſteaquam expoſuerat, quid ſit aulaeum et ſiparium, ita pergit: *Eſt autem Mimicum* (male Voſſius *minutum* ſcribit, nam Feſtus: *ſiparium* ait, *genus veli mimicum*) *velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus commutantur.* Vides igitur, Mimos inter fabularum actus egiſſe, dum velum quoddam peculiare in ulteriori ſcena ſublatum eſſet, ut apparatus ſcenicus communari poſſet. Recte igitur ſe habent, quae ex Donato ſupra laudavimus, Chori cantus, qui in Graecis fabulis fini Actuum additi eſſent, a Romanis poëtis omiſſos eſſe. Nam mimorum interludia comoediae ſcriptae partem efficiebant nullam, nec ideo ad poëtam dramatisque auctorem, ſed ad hiſtriones potius ludorumque curatores pertinebant.

Sed artis dramaticae naſcentis tempore publice jam fabulas eſſe datas, non ſolum ex hoc loco patet, verum etiam ex aliis qui-

Ex his ipſis concludere auſim, in tragoediis etiam Latinis mox Chori cantica omiſſa eſſe ab antiquis translatoribus. Nam in iis, quae Livius de Andronico refert, ejus nimirum tempore hiſtrionibus jam cantandi *τὴν μονολογίαν* munus eſſe ademptum, ſolamque geſtuum actionem relictam, in his prima Pantomimorum ſtamina deprehendere licet. Horum autem canticorum argumenta, plurimam partem in Deorum laudibus ethicisve meditationibus occupata, cum non amplius ſatisfacerent ſpectantibus, hinc paullatim ad res ridiculas, riſusque ciendi cauſſa ad quotidianae vitae res viliſſimas deferebantur, adeoque tam facile, quam ſollenne fuit, ut in eorum locum, quae ante res graviſſimas tractabant, jocularia Mimorum at-

quibusdam notitiis, quae ſubinde obveniunt, recte colligi debet. Andronico porticum in Palladis templo in Aventino ab Aedilibus conceſſum eſſe ad fabulas agendas, Feſti (2) aliquis locus videtur ſignificare. Bello Punico ſecundo, Sempronium et Cn. Fulvium, Aediles, populo quatuor per dies ſcenicas repraeſentationes dediſſe, narrat Livius (3), a quo eodem diſcimus, Scipione Naſica auctore, circiter a. 599. V. C. h. e. quindecim annos poſt mortem Ennii, Senatus conſultum factum eſſe, ne quis in Urbe, propiusve paſſus mille, ſubſellia poſuiſſe, ſedensve ludos ſpectare vellet, ut ſcil. id quod Valerius (4) addit, remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanae gentis, nota eſſet. Sed haec ad ludos ſcenicos in genere ſeſe referunt; de tragoediarum actione ſingulatim ſi quid quaeras, nil compertum habemus.

Idem

que ſcommata ſuccederent. Qua ex animadverſione interpretationem habent illa *Donati*: *Comoedia autem multas ſpecies habet. Aut enim palliata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut Atellana, aut mimus, aut rhinthonica, aut planipedia* cett. quae omnia ad Comoediae nomen revocare non potuiſſet, niſi olim omnia in comico theatro acta fuiſſent. Ceterum nemini repugno, qui Cantica praeter illa Mimorum interludia fabulis acceſſiſſe, et a pueris, qui ludiones vocabantur, decantata fuiſſe exiſtimat. De his tum intelligendum eſſet Plauti illud (Pſeud. I. 5. 160.): *Tibicen vos interea hic delectabit!* Conferendus *Cocquelines* l. c. pag. XII.

(2) S. Scribas: *Scribas proprio nomine antiqui et librarios et poëtas vocabant: at nunc dicuntur ſcribae quidem librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. itaque, cum Livius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod a virginibus eſt cantatum, quia proſperius resp. populi Romani geri coepta eſt, publice adtributa eſt (et) in Aventino aedis Minervae, in qua licebat ſcribis hiſtrionibusque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Livii, quia is et ſcribebat fabulas, et agebat.*

(3) L. XXIV. 43. cf. XLVIII. *Signorelli* Storia II. p. 19.

(4) L. II. 4. 2.

Idem fere de Exodiis dicere licet, quae, ut Satyricae fabulae tragicis adjectae ſunt a Graecis, ad temperandam tragoediae moeſtitiam, ſic poſt tragoedias produci ſolita fuiſſe ſimilem ob cauſſam, tradit Scholiaſtes vetus apud Juvenalem (5) *Exodiarius*, inquit, *apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret, ut quidquid lacrymarum atque triſtitiae ex tragicis affectibus coegiſſent, hujus ſpectaculi riſus detergeret.* Haec exodia, ad antiquae Satirae ſimilitudinem, a juventute Romana, hiſtrionibus relicta fabularum actione, in ſcenam reducta potiſſimumque Atellanis fabulis conſerta eſſe, e Livio diſcimus (6). Nomen inde ductum putat eſſe Caſaubonus (7) vel quia ſingulorum diverbiorum fini ſubjiciebantur, vel quia extremae fabulae ſemel, ad analogiam ἐξοδίε, quod a Choro Graecorum ſcena exeunte cantabatur.

Alius locus accedit apud Ciceronem (8), qui poſteaquam de Caeſaris dominatione multa dixerat, *nunc venio*, ait, *ad jocationes tuas, quando tu ſecundum Oenomaum Attii non, ut olim ſolebat, Atellanam, ſed ut nunc ſit, mimum dediſti.* Quo ex loco pariter apparere videtur, poſt tragoedias Exodia ſive Atellanas in ſcenam eſſe inductas; nec Scholiaſten l. c. alium quemquam ſub Exodiario indigitare voluiſſe, quam Atellanarum actorem, quibus potiſſimum Exodia adjungi ſolita fuiſſe et Livius tradidit, et alii Grammatici notum fecerunt (9). Sed probabile eſt, haud longum temporis per ſpatium hunc uſum in theatro Romano obtinuiſſe; mox enim Atellanis Mimorumque

(5) Ad *Juven.* Sat. III 175. p. 40. ed Heidelb. 1590. 8.

(6) L. VII. 2.

(7) De Sat. Rom. II. 1. p. 188. Cf. *Pollux.* ſub h. v. De his exodiis doctam *Crenii* notam habes ad *Caſaub.* l. c. ed. Ramb. ex qua hic referre liceat, Exodiarios olim proprie Atellanarum actores eſſe dictos; poſt vero, ut Valeſio videtur, cum ad Mimos delata eſſet Caeſaris tempore Exodiorum actio, cum mimorum nomine perſonaque coaluiſſe. Longam quoque de iis notam habet *Salmaſius* in nott. ad Vopiſc. in Aurel. c. 42.

(8) Epp. ad Div. IX. ep. 16. ad Paetum.

(9) *Sueton.* Claud. 45. *Juven.* VI. 71.

que ludis tragoedia cedere debuit. Nam inde a Caesaris aetate nullum amplius testimonium habetur, tragicam fabulam esse actam, sed e contrario omnem Romanorum spectandi voluptatem in Mimis Pantomimisque fuisse occupatam, temporis historia sat docet. Neronis adhuc aevo Atellanarum histriones exstitisse, adeoque scenica exodia in usu fuisse, contra Casaubonum ex pluribus apud Suetonium (1) locis a Rambachio probatum est.

Haec fere sunt, quae de tragoediae antiquae indole atque natura apud Romanos dicenda habui. Perpauca sunt, sed qui meminerit, Romanos proprie tragoediam nullam habuisse, nec ingenium hujus populi nativamque indolem poëseos tragicae expolitionem passam esse, ei singulare ac mirum non videbitur, Graeci dramatis indolem coloremque eundem fere esse debuisse apud Latinos. De metro tantum, quod tragici Latini in vertendis Graecorum fabulis adhibuerint, quaestio adhuc poni posset; sed ipsa res jam edocet, si ulla alia in re aliena presserunt vestigia, eos hoc potissimum in genere Graecos magistros imitaturos fuisse, quod incognitum plane incultumque iis hucusque fuerat. Vnde neutiquam probare possumus doctorum virorum in fragmentis tragicorum veterum ex metrica ratione restituendis labores atque studia, quae nisi solo ex arbitrio, certe tamen ex artis subtilitate Romanis plane ignorata profluxerunt. Miratione sane quisque se abreptum sentiet, qui apud Vossium, Scaligerum, Lipsium, Muretum, aliosque magni nominis viros, fragmenta ex metrorum quam maxime diversorum ratione restituta reperit, quae haud simplicitatem, Graecorum in tragoediis obviam, sed compositum potius, multoque labore concinnatum artificium referre videntur. Equidem persuasissimum mihi habeo, ut in aliis rebus, sic et in metri observatione, Graecorum exemplaria imitatos esse Latinos

(1) Cf. Neron. 39. Galb. 13. Domit. 9. et *Dacier* Sur la Satyre, in Mem. de l'Acad. de inscr. II. p. 199.

nos poëtas, ita, ut, si fragmenta eorum in antiquam formam habitumque restituere velimus, ad Graecorum, e quibus translata sunt, fontes recurri debeat. Quam quoque nobis legem scripsimus in Ennii Medeae textu restituendo, omissis cunctis iis conatibus, qui a Graeci metri ratione discesserunt. Accedit Horatii auctoritas, qui Ennii Attiique *trimetros* nobiles appellat (2); unde versuum hoc genus, ex Graecarum fabularum imitatione, inprimis his a poëtis esse usurpatum colligere fas est. Nec antiquorum Grammaticorum desunt testimonia, qui omnes conveniunt in eo, quod Graecorum vestigia in hoc quoque pressa sunt a Latinis tragicis (3). Tum quoque Senecae exemplum argumento esse potest, qui ad eamdem me-

(2) Art. poët. 258 sqq.

(3) *Firmianus* ad Probum de metr. Comoed. ap. *Ruffin.* Comment. in Terentian. *Nam quod de metris Comoediarum requisisti, et ego scio plurimos existimare, Terentianas vel maxime fabulas metrum non habere Comoediae graecae, i. e. Menandri, Philemonis, Diphili et caeterorum, qui trimetris versibus constant. Nostri enim veteres comoediae scriptores, in modulandis fabulis sequi maluerunt Eupolin, Cratinum, Aristophanem. Prologos igitur et primarum scenarum actiones trimetris comprehenderunt. Deinde longissimos, h. e. tetrametros subdiderunt, qui appellantur quadrati. In consequentibns deinceps variarunt. Modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, i. e. vel semipede adjecto, vel integro pede jambo, vel sesquipede. Haec per medios actus: varie rursus in exitu fabularum quadratos. Sed idem quadrati cum sedecim syllabis constare debeant, tum plerumque fiunt viginti, aut amplius syllabarum. Hinc putantur metro carere, nec ulla lege contineri.* — De iisdem trimetris, in Latinis tragoediis obviis, cf. *Prisc.* p. 1325. ap. Putsch. Adde *Merulam* ad Ennium p. 88. *Certe paullo ante Ennium in comoediis et tragoediis, quas poëtae latini vel interpretabantur, vel novas faciebant, Graecorum videntur leges, non tamen stricte, sequuti. Heroum et magnorum virorum gesta ab Graecis versa interpretatione vulgabant; ab se noviter inventa novo versus genere, Saturnio plurimum prodebant. Testantur, quae dixi, Livii Andronici, Cn. Naevii, posteriorum quoque comoediae et tragoediae, quae ad Graecorum exemplum jambis et trochaeis dimetris, trimetris, et tetrametris, brachycatalecticis, catalecticis, acatalecticis et hypercatalecticis maxime decurrunt.*

metri rationem, a Graecis obſervatam, fabulas ſuas compoſuit.

Sed tenendum, Ennium veteresque tragicos Latinos plus ſibi in metro libertatis arrogaſſe, quam Graecos. Hinc querelae, quas ubique de metri legibus, minime ab iis ſervatis reperimus; hinc Ciceronis (4) illa, Comicorum ſenarios adeo ſaepe eſſe abjectos, ut nonnunquam vix in iis numerus et verſus poſſit intelligi. Quae ipſorum incuria ac negligentia eo proceſſit, ut, id quod Priſcianus (5) jam notavit, ipſo in jambico verſu a trochaeo ſibi haud caverent. Quantae hac ab auctorum incuria priſcique ſermonis indole penitus ignorata, procedant difficultates fere inſuperabiles in reſtituendis tragoediarum metris, id neminem rei peritum latere poteſt. Quod munus ſi quis in ſe vellet ſuſcipere, ei ante omnia ex promiſcuis Grammaticorum obſervationibus veteris ſermonis indoles cognoſcenda eſſet atque illuſtranda, ita ut cujuscunque veteris ſcriptoris ſcribendi rationem, proſodiam, modumque pronuntiandi haberet perſpectum. Quae res quantum in ſe difficultatis contineat, is intelliget, qui in Grammaticorum ſcriptis diutius paullo verſatus, eorum incuriam in citandis vetuſtis locis, ignorantiam in explicandis veteris ſermonis proprietatibus, diſſenſumque in earundem rerum illuſtratione animadvertere potuit. Exempla multa in promptu habemus, quae hic afferri poſſent; ſed notam nimis apertamque rem eſſe arbitramur, quam ut alio argumento opus videri poſſit (6). De

(4) Orat. 55. Cf. *Gell.* XIII. 21. *Hor.* Art. l. c. ibiq. *Pſeud. Acron.*

(5) De metr. Comic. p. 1321. ap. Putſch.

(6) Qui quantum fuiſſe debeant inter ſingulos ſcriptores diſſenſus, nemo non intelliget, qui linguam incultam adhuc atque rudem, hoc demum tempore majora incrementa meminerit cepiſſe, quo poëtarum plane arbitrio relictum fuit, pro lubitu flectere eam atque efformare. Unde ſane multas diſſimilitudines inter varios auctores exoriri neceſſe fuit. Veterum Grammaticorum aliorumque libri multum adhuc continent,

De dictione antiqua pauca hic tantum reponere juvat. Grammaticos ubicunque fere, ubi ſequi licuit, ſecuti ſumus in Ennii lingua reſtituenda; in quo tamen multa non niſi ad analogiae ſimilitudinem revocari potuiſſe facile intelligitur. Merulam ducem habuimus, qui de hac Ennianae Criticae parte immortaliter meritus eſt. Plurima haud dubie ſunt, quibus et haec quaeſtio graviter premitur. In eo nimirum cardine res tota vertitur, ut exploratum habeamus, quidnam proprie ad antiquam locutionem referendum ſit. Cicero quidem, Salluſtius, Quintilianus, Maro, innumerique alii plurimas uſurpant verborum formas ac flexiones, quae antiquae videri poſſint: ſed ipſorumne tempore in uſu adhuc fuerint, an ex veterum imitatione iis tantum uſurpatae ſint, ignoratur. In plurimis, quae hoc de antiquitatis Romanae genere habemus, ſcriptis, inprimis quae inde a ſeculo ſexto decimo ad noſtram usque aetatem in lucem edita ſunt, omnia confuſa perturbataque apparent. Verba enim antiquata conquirere, diverſum eorum ab eo, quo nunc adhibentur, uſum notare, veteris dictionis formas, flexiones ac ſchemata obſoleta illuſtrare, eaque comparare cum illa ſcribendi ratione, quae optimis Latinae linguae ſcriptoribus ſollennis fuit, haec fere omnia ſunt, in quibus verſantur. Sed facile perſpicitur, hac in ratione nullos fines cerni, nullosque terminos, qui in ipſa locutione antiqua conſtituendi ſint: ex quibus evinci poſſit, quodnam ad tempus haec illave vox referenda ſit, quousque in uſu fuerit, ac qua tandem aetate obſoleſcere coeperit. Perfectum quid hac in re nemo rei peritus exſpectabit. Pauca enim monumenta linguae antiquiſſimae

nent, ad uniuscujusvis vetuſtiſſimae memoriae ſcriptoris ſcribendi rationem atque modum cognoſcendum. Quod difficile eſſe nequit; verſatur enim opera in colligendis tantum obſervationibus, quae promiſcue obveniunt de ſcriptione vocibusque propriis, ab unoquoque uſurpatis. De Ennio integrum fere hujusmodi gloſſarium collectum habemus, quod tamen nimis magnum copioſumque eſt, quam ut hic aliquem ejus uſum facere poſſemus.

simae superfunt; ac vel ea aetate, qua Tullius ceteraque orationis Romanae lumina claruerunt, vestigia desunt ad vitae communis linguam accuratius paullo cognoscendam. Ea vero, quae Ennio ejusque aequalibus in usu fuit scriptio, ad solam hanc, quae vitae communis rebus inserviebat, linguam erit referenda. In scribendo enim nondum satis exercitati, Romani aliud loquendi genus non habebant praeter id, quod ad communem vitae usum sufficiebat. In Ennio ceterisque hujus aetatis scriptoribus, prima detegimus latinae scriptionis initia. In his vero eruendis plura possunt adhiberi adminicula. Restant enim Grammaticorum citata, quae etiamsi haud raro corruptissima legantur, tamen Critici ingenii acumine (unum Scaligerum vocasse sat est) in integrum saepius restitui possunt; restant Plautus ac Lucretius, quorum uterque aetatis hujus sermonem nobis conservarunt, doctiorem alter rebusque gravibus adaptatum, alter communem vitaeque in consuetudine versantem; restant denique ex historia Latinae linguae multa testimonia, quae ad mutationes ejus ac vicissitudines, quas inde ab illatis Graecorum litteris experta est, cognoscendas facere quid possunt. Quibus omnibus efficitur, ut certa quaedam teneamus, in quibus istius aetatis dictio versata est, etiamsi negari nequeat, specialem hanc, si ita vocare licet, antiquissimae memoriae scriptorum Criticam multis in partibus obscuram lucisque expertem esse debere, quoniam fragmenta tantum, nec opera integra exstant, ex quibus haurire licet. Plurima igitur in integro relinquenda, quae ob silentium Grammaticorum, aut ob defectum analogiae illustrari nequeunt. Nos si qua mutavimus in Ennii textu, rationem semper addidimus aut ex Grammaticorum auctoritate, aut ex analogia, aut denique ex conjectura, si quae idonea fieri potuit.

Q. ENNII

MEDEA.

PROOEMIVM.

Ex Euripide, ut multas alias, hanc quoque fabulam fecit Ennius, de cujus argumento internaque oeconomia dubitandi nullus locus esse potest, cum ex communi tragicorum illius temporis consuetudine, Graeci exemplaris indolem ac ordinem secutus sit poëta. Gravior exsistit quaestio de vera tragoediae inscriptione, quam, posteaquam ex Columna argumentum ejus datum est, accuratius paullo explicabimus.

A Medeae ex Thessalia fuga fabulae totius enarratio repetenda est, unde forte recte ei *Exsulis* nomen addebatur. Cum enim Jason, aureo vellere potitus, post reditum e Colchis in Graeciam Corinthi moraretur, Glaucen Creontis Corinthi regis filiam in matrimonium Medea dimissa duxit, cujus ope tot tantaque pericula ac extrema vitae superaverat discrimina. At Creon veritus, ne Medea id iniquo ferens animo, novae nuptae aliquid magicis moliretur artibus, eam in exilium egit. Quae, vix unius dieculae spatio impetrato, auream coronam peplumque pretiosum Glaucae mittit, naphtha, seu, ut malunt alii, Nessi Centauri sanguine conspersum: quod simulac illa induit, ut dictum verum vetus esse constaret, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, repente ignis flamma coorta est, quae ipsam ac patrem suppetias ferentem combussit. Tum illa Mermero ac Pherete liberis ab Jasone susceptis immaniter trucida-

tis, volucrem draconum currum conſcendit, Athenasque petiit, ubi Aegeo, Pandionis filio, conjugio devincta eſt.

Jam vetus opinio eſt, inde a P. Manutii temporibus deducta, duas Ennium feciſſe fabulas, easque vertiſſe ex duabus Euripidis aut ejusdem, aut alterutram ex junioris cujusdam Euripidis dramate, eodem nomine inſcripto. Animadvertit enim vir ille doctus, plura occurrere in antiquis ſcriptoribus fragmenta, quae etiamſi ex Ennii Medea laudata eſſent, tamen haud amplius occurrerent in Graeca Euripidis, quam nunc manibus verſamus. Vnde primo ſuſpicandi ei occaſio dabatur, duas ab Ennio ſcriptas eſſe tragoedias, eodem Medeae nomine inſignitas, ex ipſoque forte Euripide verſas, qui quemadmodum Iphigeniam in Aulide et Tauris, Hippolytum στεφανηφόρον, et καλυπτόμενον docuerit, ita et hujus fabulae argumentum dupliciter tractaſſe eum, res ſit haud improbabilis. Neque defuerunt, qui ſubſequenti tempore eandem hanc ſententiam ſamplexi ſunt Viri docti, et quantum mihi certe compertum eſt, ne unus quidem fuit, qui aliam hac de re ſententiam protulerit. Hier. Columna, Joſ. Scaliger, M. Delrio, P. Scriverius, Gerh. Voſſius, Fr. Heſſelius omnesque ceteri, qui in Ennii fragmentis aut colligendis aut illuſtrandis deſudarunt, in eo omnes convenerunt, ut fragmenta illa ſeorſim ponerent ac illuſtrarent. Nobis vero, cum de Ennianae fabulae indole ac argumento, de variis ejusdem partibus, de ratione atque modo, quo auctor noſter Graecos verterit, diutius paullo eſſemus meditati, mox apparuit, quidquid ex Medea Ennii, et Exſule, et ſimpliciter ſic dicta, aſſervatur, id optime referri poſſe ad unam eandemque poëtae noſtri fabulam, ex Graecis Euripidis verſam; perpauca tantum eſſe, quae, quo loco repoſita, ac quo tempore quibusque a perſonis dramatis dicta ſint, etiamſi haud certe amplius definire liceat, tamen optime poſſint explicari ex licentia illa atque libertate, qua poëtas Latinos Graecorum fabulas vertiſſe, Ennius noſter non unus eſt, ex quo appareat. Enimvero fragmenta iſta partim ita

ita ſunt comparata, ut ob brevitatem abruptique ſermonis indolem in integro relinquere coacti ſimus, quinam eorum cum reliquis nexus fuerit, quae ſeries, qui ordo; partim nota eſt pluribusque exemplis probata ars illa poëtae noſtri, qua ſaepius ex aliis Graecorum fabulis verſus integros in alias, a ſe latine verſas, transtulit. Quod nemini profecto mirum apparebit, qui meminerit auctorem noſtrum, in Graecae ſcenae lectione maxime verſatum, pro ingenii foecunditate in plura incidere debuiſſe, quae etſi non proprie ad argumentum, cui praeſenti tempore incubuit, pertinerent, tamen non potuit non, quin omitteret, dataque occaſione non transferret in ea, quibuſcum optime convenire illa animadvertiſſet. Sic et in duobus tribusve fragmentis judicare fas eſt, quae a veteribus ſcriptoribus ex Ennii Medea afferuntur, quibusque nulla Graeca reſpondere inveniuntur (1). Aut enim proprio ex ingenio ea addidit, aut aliunde adjecit. Neque tamen ſupervacaneum erit, doctorum virorum argumenta rationesque accuratius quidpiam recenſere, quibus adducti duplicem Euripidis Enniique Medeam accipere recte ſibi viſi ſunt, cum multa in iis obviam veniant, quae critico calamo notari debent.

P. Manutius primus fuit, qui, ut ſupra jam diximus, in Commentario ſuo ad Cic. Epp. VII. ep. 6. conjecturam protulit, duplicem Medeam fabulam Ennium ſcripſiſſe. Anſam dedit verſus ille, a Cicerone l. c. laudatus:

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐχ αὑτῷ σοφός.

qui cum duobus praeterea aliis in locis apud eundem Ciceronem ex Ennii verſione laudetur, omnesque hi loci faciant ad argu-

(1) Idem in Iphigenia fecit, in qua jam nunc plura fragmenta occurrunt, quae in Graeco textu non leguntur. Cf. *Scalig.* ad Varr. IX. p. 178. ed. Bip. Num ideo duas Iphigenias ſcripſiſſe Ennium putabimus?

argumentationem noſtram deducendam, integros adſcribere eos juvat.

Primus reperitur ap. eund. *Cic.* Epp. XIII. ep. 15. ad Caeſarem: *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Euripidis:* Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐχ ἀυτῷ σοφός.

Alter Epp. VII. ep. 6. ad Trebatium: *Tu, qui ceteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris, caveto: et cum Medeam agere coepi* (in antecedd. ex Ennii Medea fragmentum attulerat: *Nam multi ſuam etc.*) *illud ſemper memento: "Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit".*

Tertius denique de Offic. III. 15. *Haec eſt illa pernicies, quod alios bonos, alios ſapientes exiſtimant: ex quo Ennius, "Nequidquam ſapere ſapientem qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret".*

In his tribus locis continetur omnis diſputatio. Ex primo probatum eſt, hunc verſum eſſe Euripidis, nec injuſte: ex altero eſſe ex fabula Medea, de quo modo videbimus: et extertio denique, ex Ennii Medea.

De priore illo, ab Euripide hunc verſum eſſe profectum, nulla omnino moveri poteſt dubitatio: aperte enim a Cicerone ſub hoc nomine laudatur. Sed de altero, quod inde concluſerunt viri docti, hunc verſum eſſe ex Euripidis Medea, merito poteſt dubitari. Verba enim Ciceronis: *et cum Medeam agere coepi, illud ſemper memento* — non ſeſe referunt ad ea, quae ſubſequuntur, ſed potius ad ea, quae proxime antecedunt. In his enim ita dixerat: *et, quo conſilio profectus es, id aſſiduitate et virtute conſequere. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae optumates: quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi vitio illae verterent, quod abeſſet a patria. Nam multi etc.*

Unde

Unde apparet, verba illa, de quibus lis exorta eſt, *cum ſemel Medeam agere coepi*, nullum alium ſenſum habere poſſe praeter eum: cum ſemel tragicam perſonam agere coepi, ex tragoedorum auctoritate, ſententiam meam atque judicium comprobare tibi auſus ſum. Nec fabulam indicare voluit Cicero, ex qua verſum ſubſequentem depromſerit, nec perſonam, a qua dictus ſit: ſed tantum illud ex ejus verbis concludere licet, hunc verſum pariter in tragoedia aliqua obviam veniſſe, quam Ennii fuiſſe alia teſtimonia declarant. Cadit ergo eadem ex cauſſa argumentatio ea, quae ex tertio de Officiis libro ſubducta eſt, ex Medea Ennii petitum eſſe hunc verſum. Hoc enim loco nihil aliud innuitur, quam ab Ennio translatum eſſe hunc verſum; ſed unde verterit, id pariter non conſtat (2).

Alia deinceps attulere Viri docti argumenta, ad commendandam opinionem eam, Euripidem duas Medeas feciſſe, easque Ennium noſtrum vertiſſe. Apud Stobaeum dixerunt duo occurrere fragmenta, ex Euripidis Medea laudata, quae in noſtra non legerentur. De eo jam Manutius ſcripſit: "Rurſus oritur conjectura de duabus, non modo, quia non eſt, ut dixi, verſus hic in eâ, quae nunc eſt in manibus, Medeâ; ſed etiam quia Stobaeus Euripidem bis appellat in Medea, recitatque verſus, qui ab hac abſunt tragoedia, quam novimus, quos etiam ſubſcribam (3):

Μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος, ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι.

Et alio loco (4):

Τὸ θρέψαι δ'ἐν βροτοῖσι πολλάκις
Πλείω πορίζει φίλτρα τᾶ φύσαι τέκνα.

Sed

(2) Idem verſus laudatur, ſed ſine nomine auctoris, a *Luciano* in Apol. pro merced. cond. T. III. p. 273. ed. Bip. et a *Plutarcho* in Alexandro, et in tractatu: Εἰ καλῶς ἔρηται τὸ λάθε βιώσας, Tom. XII. ed. *Reitz.* Idem inter Menandreos recenſetur.

(3) *Stob.* Serm. 20.

(4) Serm. 76.

Sed in priore illo admodum erravit vir magnae alioquin eruditionis. Exſtant enim haec verba in noſtra Euripidis Medea, inde a v. 108. 109. Miratus ſum, quomodo H. Columna, et poſt eum Heſſelius eundem hunc errorem committere potuerunt; ex quo vel corrigendus eſt noviſſimus Stobaei editor, ill. Schow, qui in notis ad h. l. *Haec ſententia in noſtri Euripidis Medea non legitur.* Sane ex eodem fonte errorem hauſit; quod, ne amplius hac in cauſſa peccetur, adnotavimus.

De altero loco, quem et Clemens Alexandr. in Paedag. I. c. 6. ſed ſine nomine auctoris affert, animadvertendum eſt, non legi quidem in Medea, quae hodie exſtat, ſed facile poſſe cogitari, Stobaeum, id quod haud raro ei accidit, vel in nomine auctoris, quem laudare voluerit, vel fabulae errorem commiſiſſe, vel denique hos verſus ex Medea junioris cujusdam Euripidis depromſiſſe, cujus tria dramata memoriae Suidas tradidit, Medeam, Oreſtem, et Polyxenam. Unicum hoc igitur fragmentum facere nihil poteſt ad nobis perſuadendum, Euripidem duplicem Medeam fabulam docuiſſe, cujus potius unam fuiſſe oſtendit Suidas, cum de Nephrone ait: τὸ φασὶν εἶναι Εὐριπίδου Μήδειαν. Praeterea, ſi duas idem ſcripſiſſet, notaſſet, ut jam P. Manutius attulit, utramque inſcriptione diverſa, ut in Iphigenia fecit, et Sophocles in Oedipo, Aeſchylus etiam in Prometheo, Idem indicare videtur Schol. ad Ariſtoph. Εἰρ. 1010. Ac etſi Columna admodum laboret, ut clarum faciat, non perpetuo, qui fabulas citent, diſtinctionem addere, ſed nudis nominibus ſaepe eas proferre, tamen omnis haec magni viri argumentatio plane aliena eſt a noſtra cauſſa, qua Euripidem duplicis Medeae auctorem non eſſe poſſe, ſupra jam oſtendimus. Idem valet de altero argumento, quo uſi ſunt viri docti, ad duplicem hujus nominis tragoediam Ennio vindicandam. Apud antiquos ſcil. ſcriptores ajunt modo citari fragmenta ex Medea exſule, modo ex Medea ſimpliciter ſic dicta, de quo vide infra notas noſtras ad ſingula fragmenta. Sed jam P. Manutius, e quo magnum viri acumen praecipue aeſtimari velim, etſi id de duplici Medea Ennii ſententiae nequaquam faveat, tamen ingenue

nue profeſſus eſt, in exſulis Medeae cognomine modo addito, modo omiſſo a Grammaticis, valde ſe conturbari, cum eadem utroque nomine tragoedia ſignificetur, cumque ex utraque fragmenta adducantur, quae Graecis Euripidis optime reſpondeant. Ac profecto, ſi ex tricis laqueisque, quos verſus ille apud Ciceronem ex Euripide laudatus ei ſubſtravit, expedire ſeſe potuiſſet vir doctus, nunquam ſane opinionis illius propugnator ac defenſor exſtitiſſet. Ceterum omnis controverſia de duplici Medeae Ennianae titulo, facile componi poteſt, ſi ſumamus, Ennium fabulam inſcripſiſſe *Medeam exſulem*, quod cognomen ab auctoribus antiquis in laudando modo additum, modo omiſſum ſit, cujus negligentiae exempla aliis in rebus innumera proſtant. Quocum nomine optime etiam convenit fabulae noſtrae argumentum, quo Medea Corinthi exſul ſiſtitur, inde in novum exſilium agitanda.

Ex Latinis praeter Ennium Medeam ſcripſerunt Attius, M. Varro, Ovidius, Seneca, et Oſidius Geta, qui Medeam tragoediam ex Virgilianis verſibus concinnavit. De Pacuvio lis adhuc inter viros doctos.

Q. ENNII

MEDEA

PROLOGVS.

NVTRIX MEDEAE.

Jambi.

Utinám ne in nemoré Pelio ſecúribus
Caiſa áccidiſſet ábiegna ad terrám trabes,
Neve índe navis íncoandai exórdium

Εὐριπίδε

ΜΗΔΕΙΑ.

Προλογος.

Τροφὸς Μηδείας.

Ἰαμβοι.

Εἰθ' ὤφελ' Ἀργῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος V. 1-8.
Κόλχων ἐς ἄιαν, κυανέας Συμπληγάδας,
Μήδ' ἐν νάπαισι Πηλίη πεσεῖν ποτε

Var. Lect.

V. 1. ſqq. Lactantius ad Statii Theb. V. p. 230. ed. Crucean. locum ſic laudat: *Vtinam in nemore Pelio caeſae ſecuribus ad terram eecidiſſent abiegnae trabes.* Sed praeterquam quod legendum *Vtinam ne cet*, perturbatus eſt ordo verborum, maleque ſcribitur, *caeſae ceci-*

Utinam — Exſtant hi verſus integri ap. Auct. ad Heren. II. 22. octo priores refert Prisc. de metr. Com. p. 1325. ap. Putſch. Primum et ſecundum M. Varro de L. L. VI. p. 87. ed. Bip. Cic. de Inv. I. 49. Topic. 16. de Fat. 15. et de Nat. Deor. III. 30. Lact. ad Stat. Theb. V. p. 230. ed. Cruc. Donat. in Phorm. et Priſc. VII. p. 751. Prioris verba ali-

Coipíſſet, quai nonc nóminatur nómine
Argó, qua vectei Argéivei delectéi veirei 5

Τμηθεῖσα πεύκη, μήδ' ἐρετμῶσαι χέρας
Ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας

Var. Lect.

cidiſſent trabes. Diſerte Priſcianus VII. p. 751. *Vetuſtiſſimi tamen et* trabes *pro* trabs *proferebant. Ennius in Medea:* Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus caeſa accidiſſet ad terram abiegna trabes. Reponendum, *accid. abieg. ad terr. tr.* Sic certe Varro de L. L. VI. p. 71. ac ita cum hic, tum alibi Grutero videtur in Cicerone reſcribendum: nam Cod. Pal. pr. Reg. et Cantabr. habent, *caeſae accidiſſent trabes.* Attamen prout Varronis et Priſciani conſtat auctoritate, Codices iſti non recte ſe habent, cum pluraliter efferant. Immo ne quid omnino movendum putem, facit cum aliorum MSS. fides, tum Quintil. Inſt. V. 10. *Recte autem monemur*, inquit, *cauſas non utique ab ultima eſſe repetendas, ut Medea*: Vtinam ne in nemore Pelio. *Quaſi vero id eam fecerit miſeram aut nocentem, quod illic* ceciderit abiegna ad terram trabes. Alteram tamen locutionem latiniſſimam eſſe, patet ex iis, quae notavit Nic. Heinſius ad Ovid. Faſt. V. 358. *Davies.* — Eandem lectionem, *adcidiſſet*, exprimunt *Delr. Scal.* ap Varr. *Scrio. Priſc.* — V. 4 Cepiſſet *Delr.* Sed emendata lectio videtur eſſe.

aliquot adducit Cic. de Fin. I. 2. et pro Cael. 8. Quint. V. 10. et Hieron. in Epitaphio Marcellae. Quintum et ſextum idem Cic. Tuſc. I. 20.

Verſus ſunt jambi trimetri, quibus ſemper prologos primarumque ſcenarum actiones comprehendiſſe veteres comoediae tragoediaeque ſcriptores, monuit jam Firmianus ad Prob. de metr. ac ſic quoque cum Graeco textu, quem interpretari volebant, ſimilitudo ſumma ſervabatur. Ad ſententiam quod attinet, ex Euripide Medeae nutricis verba eſſe patet, de dominae infortunio querentis, quae patria relicta, fratreque occiſo, a marito, cujus gratia tot tantaque diſcrimina ſubierat, jam nunc repudiata erat, optantisque ideo, ne cum Jaſone unquam conveniſſet. Quam ſententiam ex anilis perſonae conſuetudine extulit auctor noſter. — Prima vox in ſcandendo corripi debet, ut pluries ap. Terentium, cf. Eun. I. 2. 11. Heaut. I. 1. 109. Cuinam hand in mentem veniant illa Didous ap. Virg. Aen. IV. 657. *Felix, heu nimium felix, ſi littora tantum Nunquam Dardaniae tetigiſſent noſtrae carinae*, et illa Ariadnes ap. Catull. de nupt.

Petébant ollam péllem inauratam árietis
Kolcëis, imperio régis Peliai pér dolum.
Nam nónquam hera errans meá domo ecferrét pedem

Πελίᾳ μετῆλθον· οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια, πύργες γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,

Var. Lect.

V. 6. *Petebant villo — inaurato.* Sic *Lambinus, Columna* et *Ranconetus* emendari volunt ex Ovid. Epp. XII 201. *Aureus ille aries villo ſpectabilis aureo*, cf. VI. 49. Sed *ollam* εμφατικῶς h. l. accipiendum, ut recte jam notavit *Davieſ.* Idem Lambinus verſum quintum legendum proponit: *Argo, qua Argivi mille delecti viri Vecti, petebant pell. inaur. ar.* ita ut *mille*, numerus rotundus, dictum ſit pro permultis. Sed neque cum metro, nec cum auctorum teſtimoniis convenit haec conjectura. — V. 8. Fortean rectius: *nam nusquam;* noti ſcriptorum loci, ubi haec copulantur in re eadem, *nusquam domo, et nusquam pedem. Gruter.*

Pel. 171. *Juppiter omnipotens, utinam nec tempore primo Gnoſia Cecropiae tetigiſſent littora puppes.* — *Pelius*, mons Theſſaliae eminentiſſimus, cujus ſummos vertices abundanti pinu obſitos fuiſſe canit Ovid. Faſt. V. 381. ac in quo primam navem conſtructam eſſe, tradit Diod. IV. 56. unde Πηλιὰς Ἀργώ ap. Apoll. Arg. I. 286. *Pelia pinus* ap. Stat. Theb. V. 339. *Peliaca trabs* ap. Prop. III. 21. — *caiſa*, ex veterum conſuetudine, qua ſemper ae diphtongum efferebant per ai, quod non in Genitivis ſolum obſervatum fuiſſe, teſtantur illa, ut Aimilius, aiternis, Paitus, in antiquis marmoribus; quod ſemel monuiſſe juvat. Cf. Feſt. ſ. *ae.* Quint. I. 13. *abiegna*, ſic retinere volui pro antiquiore *abiecna;* litterae g apud veteres Romanos nullus fuit uſus, verum c, tertium illud alphabeti elementum, ut apud Graecos quoque, vicem ejus praeſtitit. Feſtus ſ. *orchus: C pro G frequenter ponebant antiqui; nam quae nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur.* Quint. Inſt. I. 7. idem tradit. Spurium autem Carvilium, qui a V. C. 540. ludum Romae habuit litterarium, g litteram inveniſſe, teſtis eſt Plutarchus in Quaeſt. Rom. Unde et ab Ennio, qui a 585. V. C. mortem obiit, jam uſurpatam eſſe, veri eſſe ſimillimum videtur. — *trabes*, eodem modo dixere veteres *plebes*, ut notat Priſc. quod recte autem ſequenti tempore correptum eſſe ait Varro. Ennius in Ann. VIII. *Labitur uncta trabes remeis roſtrata per altum.* Euripides πεύκη dixit, quem ſequitur Cat. l. c. — *incoandai*, ſic ex Ciceronis auctoritate ſcribendum fuit, qui in Or. 48. *Quin ego ipſe, cum ſcirem, ita majores locutos eſſe, ut nusquam, niſi in vocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem *dicerem: aliquando, idque ſero, convicio aurium cum extorta mihi veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi.* De etymologia verbi cf. Feſt. ſub h. v. et Diomed. I. qui a Chao Graecorum deductum eſſe ait. — *Exordium*, x litterae uſum poëtae noſtro abrogare noluimus, etſi recentioris originis eſſe eam veteres tradunt. Quint. Inſt. I. 4. *Et noſtrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quaeſiſſemus.* Et Marius Victorinus [illegible] *Nigidius in libris ſuis X littera non eſt uſus [illegible]itatem ſequens.* Cf. Petr. [illegible] de nott. litter. Priſc. I. [illegible] Auſon. Idyll. de litteris. Sed quod Iſidorus Origg. I. 4. habet, X litteram nec in uſu fuiſſe apud Latinos ad usque Octavii Auguſti tempora, falſiſſimum eſt. Nam ut alia monumenta taceamus, quae temporibus Julii Caeſaris ſculpfere, jam tum in columna roſtrata ſcriptum fuit: *Exfociont, Maximosque, Exemet.* — *nominatur nomine*, haec παλιλογία e Graeco in Latinum ſermonem migravit, ſatis obvia in antiquis libris. Enn. Ann. I. *Curanteis magna cum cura.* Plaut. Menaechmis V. 4. 7. *Magna cum cura ego illum curari volo.* — *Argo*, de hujus nomine origine, variaque etymologia cf. auctores ap. Column. Ennio ab Argivis heroibus dicta videtur navis; ſic certe Cicero verba ejus interpretatus eſt Tuſc. I. 3. *Etenim ſi nunc aſſequi ſe aliquid putant, qui oſtium ponti viderunt, et eas anguſtias, per quas penetravit ea, quae eſt nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri petebant pellem inauratam arietis.* — Verba μήδ' ἐρετμῶσαι χεῖρας omiſit noſter, ac ſtatim cum ſeqq. jungit illa ἀνδρῶν ἀρίστων. *qua* nave *vectei Argeivei delectei veirei petebant* cet. Sic ſcribendum curavi; veteres enim Latini i vocalem, natura longam, in ſcribendo vel producebant in longitudinem velut duplam, vel per diphtongum *ei* exprimebant. Notat Priſc. veteres ſemper *ei* ſcripſiſſe, ſequentem aetatem i productum. Quod tamen non usque quaque verum. Loquuntur enim veteres inſcriptiones, promiſcuam antiquis ſcribendi fuiſſe haud rationem. Hinc in columna Duilii vetuſtiſſima, *Caſtreis* et *Socreis* legimus, nec minus *primus* et *Carthaginienſis*. Plura tamen ſunt ſcriptorum et lapidum teſtimonia, i illud longum per *ei* fuiſſe ſcriptum, et pronunciatum. Teſtantur id tabulae, quae hodieque in urbe Roma, in quarum una: *Eique operei diem deicito;* alia: *Quanta eei praeconei viatorei dare oportebit.* Sequentibus temporibus Grammatici praecepta de hac littera tradere ſunt conati, ut ſcil. plurali numero *puerei*, ſingulari autem *hujus pueri* ſcriberetur. Quod praecipiunt non alia re, quam ad diſcrimen. cf. Lucilii verſus ap. Quint. Inſt. I. 13. Vel. Long. col. 2220. Terent. Scaur. col. 2255. — *delectei veirei?* Lucret. I. 86. ſimile quid de Graecis, Trojam navigantibus. *Ductores Danaum delecti primaevi*

rorum Find. Pyth. IV. 335. heroas noſtros vocat ναυτῶν ἄωτον. — *ollam*, Paullus Diac. ad Feſt. XIII. Olli *valet dictum* illi, *ab* olla *et* ollus; *quod alterum Comitiis quum recitatur, a praecone dicitur:* OLLA CENTVRIA, *non* ILLA; *alterum apparet in funeribus indictivis, quum dicitur*, OLLVS. LETHO. DATVS. EST. Ennium vero ita ſcripſiſſe, ait Serv. ad Virg. XI. 236. In columna Duilii exſtat: *Olorum*, ex antiqua conſuetudine, non geminandi mutas, ſemivocales et conſonantes. *Veteres enim*, ait Iſid. Origg. I. 26. *non duplicabant litteras, ſed ſupra ſicilices apponebant, qua nota admonebatur lector, geminanda eſſe litteras*; quam conſuetudinem primus Ennius, utpote Graecus Graeco more uſus, mutaviſſe dicitur a Feſto ſub v. *Solitaurilia*. Cf. eundem ſ. *Aboloes*, *Aulae*, *Folium*, *Porigam*, *Torum*, et alibi. Unde nunquam litteras duplicatas rejecimus in textu antiquo Ennii reſtituendo. — *Pellis inaurata arietis*, πάγχρυσον δέρος; contrahendi eſt ultima vox, metri cauſſa. Poëtarum locos de vellere aureo videſis ap. Column. nos non moramur in eorum recenſione. — *Kolceis*, ſic repoſui Ciceronis auctoritate, qui Or. 48. veteres Karthaginem per litteram extuliſſe k, memoriae tradidit, atque Iſidori, qui Orig. I. 26. omnia Graeca nomina per k litteram ſcripta eſſe ait. A Salluſtio quodam ludimagiſtro K litteram Latinis adjectam eſſe, teſtis idem Iſidorus I. 4. quem igitur ante Ennium, aut eodem cum illo tempore floruiſſe ex loco Ciceronis laudato recte colligitur. Accuſativus pendet a verbo *petebant*. — *De Pelia rege* v. Hygin. fab. 29. et Ovid. Met. VII. 4. Ceterum quam proxime iſta Ennii pedeſtri orationi accedant, is facile animadvertit, qui in aureorum poëtarum lectione verſatus ſatis eſt.

V. 8. Euripides pro *pedem efferre* poſuit *navigare*, quo verbo majorem a loco excitari commiſerationem, dum Medea, patria relicta, ad terras longiſſime remotas perveniſſe apparet, bene jam notavit Col. ad h. l. — *Mea*, contrahenda eſt vox, ut *filia*, *hujus*, *cujus*, et ſimilia. Cf. Bentlej. Sched. de [illegible] — *amore ſaivo*, de [illegible] παιδικὸς ἔρως: ſic certe intellexit Gilius, qui de eadem Medea Ecl. VIII. 47. *Saevus amor docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manus.* Sed praeſtat accipere de quocunque gravi affectu, qua ſignificatione ſaepius occurrit ap. ipſum Ennium ex incerto libro (ap. Serv. ad Aen. I. 103): *Induta fuit ſaeva ſiola*, et Virg. l. c. *Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector.* — *Saucia* cf. Virg. Aen. IV. 1. Lucr. IV. 1042. Ceterum ex hisce verſibus optime poteſt obſervari, qua ratione Ennius Euripidem transtulerit. Eſt enim hoc fragmentum longius, ceterisque minus corruptum, ita ut poëtae ſenſum expreſſum plane clarumque habeas. Priores bini Euripidis verſus plane omiſſi ſunt, idque ea ex ratione, ut jam Col. bene vi-

Medéa, animo aigra amóre ſaivo ſaúcia.

*

10. Utinám ne umquam Medéa corde cúpido
Kolcéis pedem extuliſſes ....

*

Actus I. Scena I.

Paedag. Antéiqua, hereilis féida cuſtos córporis,

Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' ἰάσονος.

*

Ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο, V. 35. 36.
Οἷον πατρῴας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός.

*

Παιδαγ. Παλαι[illegible]κων κτῆμα δεσπόινης ἐμῆς, V. 49 - 51.

Var Lect.

V. 10. Sic ſcripſi ex [illegible] *Lipſii*, quem et *Delr[illegible]* ſcrivi[illegible]uti ſunt Verſus ita apud Nonium citantur I. *efferre: Utinam ne umquam me de cordis cupido corde pedem extuliſſe.* Sed jam vetus Ms. ap. Go.

vidit, quoniam ὕστερον πρότερον quod in Graeco textu latebat, evitare noſter voluit. Aptius enim videbatur, a nave aedificata inchoantem ſiſtere nutricem, tumque demum optantem, ne umquam ad Colchorum littora puppem admoviſſet Argo. Qua tamen verſa orationis ſerie, mox animadvertere noſter debuit, duo commata in Graeco textu expreſſa eſſe, quae unum tantum eundemque ſenſum continerent. Unde maluit, primo commate omiſſo, in tertii verſus ſententia acquieſcere, quam non ſolum amplificare, verum etiam conjungere cum ea conatus eſt, quam Graecus poëta tertio loco attulit. Sic optime diverſa haec interpretatio explicari poteſt, ex qua facile intelligis, Ennium neutiquam ad verba quaſi reddidiſſe Graecorum ſententias, verum plura et reſecuiſſe, quae minus recte ei videbantur, et ex proprio ingenio addidiſſe, quae aliena a loco eſſe non putabat.

V. 10. Ex Medea altera hic repoſui. Sunt verba nutricis, de herae infortunio querentis. Medeae ipſi vulgo attribuuntur, ſed ſine idonea ratione; multo melius cum οἰκονομίᾳ Nutricis conveniunt, quam primo jam fragmento ſuaviſſime adumbraverat poëta.

V. 10.

Quid ſíc extra aideis éxanimata eléiminas?

*

Nutr. Cupeído cepit miſéram nonc me próſequier
15. Cailo átque terrai Médeai miſérias.

*

Τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγεσ' ἐρημίαν,
Ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

*

Τρο. Ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κὐρανῷ V. 57. 58.
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

*

Var. Lect.

Godofr. pro *me de* habet *Medea*, et *extuliſſes*, unde et Lipſius correxit, Aliter *Voſſius*; qui ita reſcripſit:

Vtinam ne umquam Medea de corde cupido
Colonis pedem extuliſſes —

ea in primis ratione adductus, quoniam Lipſii emendationem cum metri ratione ſtare non poſſe putabat. Sed vereor, ne magnae alioquin auctoritatis viro hic error ſubrepſerit. Medea enim ex analogia graeci vocabuli Μήδεια, pro triſyllabo venire debet, ut infra v. 15. *Cailo atque terrai Medeai miſerias.* Ac ſic cum metri legibus optime convenit vulgata lectio, ne dicam de ſcriptis libris, qui Voſſii medelam penitus reſpuunt. Extuliſſet, Hadr. Iun.

V. 12. *Hereilis*, ſic Nonius I. col 504 alio loco, ubi idem citat fragmentum, effert per *aedilis*, IV. col. 650. Prior lectio praeſtat; *heres* enim ut Feſtus ait, ſub h v. apud antiquos, pro domino ponebatur, unde *herila corpus*, id, quod Euripides ſuo more expreſſit per δεσποινην ἔμην. — V. 13. *Quid ſic te extra* — ita *Delr.* et *Scriv.* neſcio qua ratione,

V. 12. 13. Bis citantur a Nonio ex Medea exſule. Poſtquam nutrix de Medeae infortuniis conqueſta, rem fere omnem, tanquam Prologi vice fungens, explicavit: Paedagogus, cujus haec verba ſunt, in ſcenam prodit, nutricemque alloquitur. Quam cum animo conſternatam conſpiceret, ut benevolentiam captaret, *antiquam ac fidam herilem cuſtodem* appellat. Sic etiam Plaut. in Aſin. III. 3. *Dî te ſervasſint ſemper Cuſtos herilis!* — *Gradum eliminare* apud antiquos tantum in uſu

Scena III.

Chor. Fluctu' verborum aures aucupant —

Χορ. Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοάν. V. 131.

*

Var. Lect.

forte metri cauſa. *Eleiminor*, *Non.* qui idem alio loco effert *eleiminat*; veram noſtram lectionem eſſe, ſatis docent Euripidis verba. — V. 14. *Coepit*, *Delr.* absque idonea ratione. *Proloqui*, *Scriver.* — V. 15. Sic omnes Codd. ap. Cic. Pyrrhichius in quinta ſede ex metri iambici ratione ferri nequit; unde mutandi ſibi veniam datam eſſe, arbitrati ſunt Viri docti. P. *Manutius* verbis transpoſitis legebat: *Medea caelo atque terrae miſerias*, ſed fruſtra; deeſt enim pes iambicus in trimetro. *Camerarius* reſcribere voluit: *Caelo atque terrae Medeae miſeras vices*, neſciens, veteres poëtas nihil magis caviſſe, quam ne umquam in quinta ſede trimetrorum tribrachum vel dactylum ponerent. *Eraſmus* denique, quem et *Davieſ.* ſequitur, levi tantum mutatione vitium e verſu ſuſtulit, legens *Medeäi* cet. Nos nihil in textu mutavimus, rectius ducentes, vitium auctoris palam oſtendere, quam contra omnium librorum ſcriptorum auctoritatem corrigere atque emendare.

V. 16.

uſu fuiſſe, teſtantur verba Quintiliani Inſt. VIII. 3. Nonio eſt ſimplex *exire*. Attius Phoeniſſis: *Egredere, exi, effer te, eleimina urbe.* Eodem modo dixerunt, *expectorare*. Ennius in Alcmaeone: *Tum pavor ſapientiam mi omnem ex animo expectorat.* — *hereilis* v. Var. Lect. — *exanimata*, Euripides: τήνδ' ἄγεσ' ἐρημίαν; ſenſum tantum noſter expreſſit, eumque ſignificantius dedit, etſi Euripides ποιητικωτέρως per ſolitudinem id extulit, quod noſter per rem ipſam adumbravit.

V. 14. 15. Citantur a Cicerone hi verſus in Tuſc. III. 26. *Sunt autem alii, quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium Nutrix:* Cupido cet. Verba ſunt expedita, et accurate ex Graecis expreſſa; de ſcriptione tantum pauca moneamus. *Medeae*, triſyllabon, ut V. 10. ad analogiam Graeci diphthongi ει, quem, ut Serv. ap Aen. I. 257. docet, Latini per e longum efferebant. Syllabam *er* veteres crebro addidiſſe infinitivis paſſivorum, ſcribit Diomedes I. col. 332. Unde et hic repoſui *proſequier;*

Chor. *Qua Pontus Helles . . . . .

*

Ἐφ' ἁλμυρὰν πόντου Κλῇδ' ἀπέραντον. V. 212. 213.

*

Var. Lect.

V. 16. *Fructus*, ſic ap. *Non.* citatur, haud dubie vitioſum pro *fluctus*. *Delrio* reſcripſit: *fructus verborum aures aucupavit*, inutilem medicinam voci iam corruptae afferens; forte deeſt vox *Colchidos*, quam ſi ex Euripide addas, trimetrum habes: *Verbórum fluctus aures aucupánt Colchidos*, ultima correpta.

V. 17. *Ad Helleſponti clauſtra* — ſic ex Varrone repoſuit *Delr.* Ioſ. Scaligerum ſequutus, qui ita Varronem emendavit. Citatur enim hoc fragm. a Cicerone, in Or. c. 49. ſuppreſſo auctoris nomine: *Qua Pontus Helles*, tanquam e verſu, qui in proſaica oratione, ob verba nimis exquiſita, neque de medio ſumta, non ſit admittendus. Deinde a Varrone VI. p. 85. ex Ennio: *Quaſi Helleſpontum et clauſtra: quod Xerxes quondam eum locum clauſit. Nam, ut ait Ennius*, Iſque Helleſpontum pontem contendit in alto. Quem textum cum mutilum, nec auctoris nomen prae ſe ferentem cenſeret Scaliger, ita correxit: Ad

quier; ſed intelligendum, uti jam docte animadvertit ill. Herrmann ad Trinumum, ultimam hanc ſyllabam ſemper fere corripi, certe pro dactylo nunquam poſſe adhiberi. — *Cailum*, ſic Ennio ſcriptum eſſe pro *coilum*, intelligi poteſt ex loco Feſti ſub h. v. quem vide. De ipſa hac loquendi formula plura monuit Columna. Egregie dictum ex querentium lugentiumque animo, qui doloribus oppreſſi, querelas coelum verſus in ſolitudine effundunt, quo ſereari, ſperant.

V. 16. Hunc verſum Nonius citat tanquam exemplum, verbum *aucupare* et in activa ſignificatione eſſe adhibitum. Attius Aſtyanacte: *Nunc in conſilio id reges Argivum aucupant.* Idem Medea: *Ego me extollo in Abietem, alte ex tuto proſpectans aucupo.* — *Fluctus verborum*, eodem modo dictum, quo ſaepius apud Ciceronem, *oratio melle dulcior fluit, orationis verborumque flumen*, et ſimilia alia; niſi praeſtat ea ratio, qua querelae, ex animo emiſſae, cum fluctibus comparantur, quorum inſtar animum turbatum, varioque modo agitatum produnt.

V. 17. Quid de hoc hemiſtichio judicavimus, vid. in Var. Lectt. Ad verba Euripidis πόντια κλῇδα loca multa parallela allata ſunt a Columna, quem conf.

Actus II. Scena I.

Medea. Chorus.

Jambi.

Med. Matrónai opolentai, óptumates, Koríntum quai
Arcem áltam habetis, neí mi veitio vórtite,

Μήδ Κορίνθιαι γυναῖικες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ.' οἶδα γὰρ πολλὰς βροτῶν

Var. Lect.

Ad Helleſponti clauſtra (fragmentum a Varrone citatum): *clauſtra, quod Xerxes* cet. haecque verba ex Euripidis Medea ab Ennio translata eſſe putavit. Sed nihil omnino mutandum; optime enim inter ſe cohaerent verba in Varrone. In ſuperioribus nimirum varia attulerat, quibus Graeci Olympum, Areopagitas, Muſasque ſignificarint; in noſtro loco pergit, quemadmodum Muſae a terreſtribus locis Libethrides, Pierides, etc. vocatae ſunt, ita et Helleſpontus clauſtrorum nomen ſortitus eſt, quod Xerxes quondam cet. Fragmentum ex Ennio deinceps affertur. Iam *Auſonius Popma*, vir, qui circumſpecti magis cautioriſque judicii vi ſaepiſſime Scaligeri in corrigendo temeritatem temperavit, Ennii quidem eſſe hos verſus ſuſpicatur, ſed ad octavum Annalium referendos eſſe putat, ac de claſſe illa CLX. navium intelligendos, qua C. Duilius Coſ Poenos devicit primo bello Punico, quamque, in ancoris cum ſtaret, fuiſſe *quaſi Helleſpontum*, h. clauſtra maris, aut portus, Ennius tradat. Quibus inter ſe comparatis, facile intelliges, fragmentum illud, a Cicerone laudatum, aliud plane eſſe poſſe, alioque ex ſcriptore delumtum, nec niſi verborum ſonique quadam ſimilitudine deceptos eſſe viros doctos, qui utrumque locum ad unum eundemque auctorem revocare voluerint. Vnde et Aſteriſco notavimus. Alio modo interpretatus eſt *Lipſius* haec verba, quae a Cicerone referuntur, ad eum locum pertinere ea arbitratus, quem tacito auctoris nomine refert Seneca Epp. II. 81. *Ille qui in ſcena elatus incedit, et haec reſupinus dicit:*

Imperito Argeis, regna mihi liquit Pelops,
Qua Ponto ab Helles, atque ab Ionio mari
Vrgetur Iſthmos —

Attii

V. 18. ſqq. Medea in ſcenam egreſſa, Chorum feminarum Corinthiarum alloquitur, ac novi quaſi Prologi vicibus fungens, earum animos, Nutricis lamentationibus jam molliter commotos, novi in-

20. A! pátria quod ábsim; nam moltei ſuam
Rem bené geſſere et póplicam patriá procol;

Σεμνὲς γεγῶτας, τὲς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν Θυραίοις, ὅι δ' ἀφ' ἡσύχε ποδὸς,

Var. Lect.

Attii eſſe verſus, ſuſpicatur *Rutgerſ.* qui legit, *Rex impero Argeis* cet. Vterque autem in Cicerone legendum proponi: *Qua Ponto ab Helles*, pro vulgari textus lectione, *Qua Pontus Helles.* Nos non moramur in vanis conjecturis, quas facile praevidere licet nunquam ad certam quandam veritatem poſſe revocari.

V. 18. ſqq. Verſus hi, metri numero ſoluti, citantur apud Ciceronem in Epp. VII. ep. 6. ad Trebat. qua eum his verbis hortatur, ut Vrbe procul malit eſſe: *Tu modo ineptias iſtas, et deſideria urbis, et urbanitatis depone; et quo conſilio profectus es, id aſſiduitate et virtute conſequere. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae optumates, quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi vitio illae verterent, quod abeſſet a patria. Nam multei ſuam rem bene geſſere, et poplicam patria procul; Multei, qui domei aetatem agerent, propterea ſunt improbati.* Magna virorum doctorum varietas in diſponendis his verſibus. Plurimi ultima tantum verba tanquam Ennii verſus expreſſerunt, ut P. Manutius, Delrio, Ang. Politianus, Ant. Muretus, et ipſe Columna, vario metro eos diſtinguentes. Rutgerſius autem, Voſſius, Heumannus (Art. Crit.), et Semlerus (in Vindic. aliq. Cic. locor. in Miſcell. Lipſ. Nov.) bene viderunt, priora etiam Ciceronis eſſe non poſſe, collatoque Euripide, Ennio vindicarunt. Hermannus, V. C (de Metr. II. p. 132.) trochaicos octonarios, ſeptenario interpoſito, eſſe putat, itaque eos diſponit:

quaé Corinthi arcem áltam habetis, mátronae opulentae
óptumates,
múlti ſuam rem béne geſſere et públicam patriá procul,
múlti, qui domi aétatem agerent, própterea ſunt improbati.

Nos

Moltei, domei quei aitátem egerunt, própterea
Sunt improbatei. . . .

Δύσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥᾳθυμίαν.

Var. Lect.

Nos trimetros repoſuimus, quos Ennium habuiſſe et Euripides probabile facit, et Firmiani auctoritas, qui primas actionum ſcenas ſemper hoc carminum genere comprehenſas eſſe teſtatur. Verba, *manibus gypſatiſſimis*, Ennii eſſent, an Ciceronis, quaeſitum eſt a viris doctis. Heumanno et Semlero prius melius placuit, unde et ad metri numeros ea revocarunt. Sed etſi non dubitem, quin iſta Ciceronis non ſint, tamen ad Ennii verſus referre ea nolim, verum potius ad alium quendam locum, ſive verſum de Medea, vulgo tum ſatis notum, quo illa manibus gypſatiſſimis inducebatur, quae deinde loquendi ratio in vulgarem uſum abiiſſe videtur. De interpretatione verborum vid. inttp. ad Cic. et Column. ad Ennium noſtrum.

V. 22. Sio *Victor.* et *Muret.* vulgata lectio eſſet *agerent*, quod tamen metro repugnat. V.

fortunii, perfidiae ſc. quam a marito experta erat, enarratione, ſibi ſuisque rebus conciliare ſtudet. Quid ad muliebres mentes excitandas aptius unquam potuit excogitari, hac virorum inconſtantia, quam univerſae graviter dolebant. Cujus egregiae expoſitionis laus non pertinet ad noſtrum poëtam, ſed ad Euripidem. — Κορινθίας γυναῖκας

pro

pro regiis filiis et mulieribus accepiſſe noſter videtur; expreſſit enim Euripidis verba paullo latius per *matronas opolentas, optumates*, quae Corinthiam *arcem altam*, h. ἀκρόπολιν habent. — *Opolentai*, ſic ſcripſi ex Victorini auctoritate, qui de Orthogr. veteres o litteram ait non ſolum pro brevi et longa, ſed etiam pro u poſuiſſe; *quod ego animadverti obſervatum praecipue ante* l *litteram; talia cum alibi, tum in* XII. *tabb.* popolus, piaculum, ſolmen, tolit, caet. — *Optumates*, triſyllabon eſt, ut infra *propterea* et *univerſum* ap. Lucret. aliaque alibi. Cf. *Voſs.* Comment. de L. L. — *Korintum quai*, propter ictum mutavi verborum ſeriem, etſi facile concedam, Ennium ſaepiſſime hac in re peccaſſe; ſed hoc loco meum fuit, reſtituere versus, nec metro deſcriptos eos inveni. *Nei mimi* etiam ante conſonantem poſitum eſſe a veteribus, contra Hermannum probant plura loca in Plauto, ut Amphitr. I. 3. 14. *Experiri iſtúc mavellem mé, quam mi memorárier.* II. 2. 124. *Néque tu illi, neque mi viro ipſi crédis? eo ſit quiá mihi.* Ceterum *me* antiquos vulgo dicere ſolitos eſſe pro *mihi*, affert Feſtus, Ennii auctoritatem citans, qui Ann. II. *Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis*, pro, *mihi fuerit.* Lucilius: *Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, agatur*, pro, *mihi impendet.* Ip e Terentius ita Eun. II. 1. 16. *Nimis me indulgeo.* — *Vortite*, Quint. Inſt. I. 7. *Quid dicam Vortices et Vorſus, ceteraque ad eundem modum: quae primo Scipio Africanus in e litteram ſecundam vertiſſe dicitur.* Adde Victorin.

de

Med. Nam tér ſub armeis málim veitam cérnere,
25. Quamde ſémel modo paríre . . . .

*

Ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα V. 250. 51
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

*

Var. Lect.

V. 24. *Mallem. Delr.* — Malim acie cernere ſaepius, quam ſemel parere. *Barth.* Adverſ. p. 173.

de Orthogr. *Voſier, vortit, et ſimilia, per* e, *non per* o *ſcribere debemus.* — Verbis autem hiſce, *nei mi veitio vortite*, ut bene jam annotavit Columna, ad communem omnium opinionem de mulieribus peregre vagantibus, quae propterea impudicae habebantur, reſpexit poëta. Hor. Carm. III. 3. 18. *Ilion, Ilion! Fatalis inceſtusque Iudex, Et mulier peregrina vertit In pulverem.* Quamobrem in Comoediis meretrices peregrinae appellantur. — *A patria quod abſim*, Euripides inverſo ordine, ἐξῆλθον δόμων; de Colchide patria accepit Ennius haec verba, de quo dubitari poteſt, an recte graecum poëtam expreſſerit. Nam in antecedd. v. 181. ap. Eurip. Chorus Nutricem jusſerat evocare Medeam, quae jam ex aedibus progreſſa (ἐξῆλθον δόμων) communem ſexus ſui calamitatem, ſuamque privatim deplorat. At non ſimpliciter, ut recte jam monuit Heathius, ſic Euripides dixiſſet δόμων, praeſertim cum e domo ſua Corinthi exiret Medea, verum addidiſſet πατρῴων. Quae ut ſint, cum ſemel alium ſenſum expreſſerit noſter, cetera quoque accommodaſſe ei videtur; ab eo enim excuſationem pro Medea peregrina et exſule repetit, quod multos et publicas res, et privatas, magno cum ſucceſſu a patria etiam procul geſſiſſe communis experientia doceat; unde ipſa non diffiteatur, parem ſuas res ſucceſſum fortunamque eſſe habituras. Sic jam Cicero poëtam noſtrum intellexit; contrarium vero Euripidem graeco ſermone expreſſiſſe, docent inttp. et praecipue Brunck. ad h. l. — *Suam*, ſcriptionem hanc, omnium editt. auctoritate firmatam retinui, metri cauſſa, etſi *ſam, ſas*, et *ſas* pro *ſuam, ſuas*, et *ſuos* uſum eſſe Ennium, tradit Feſtus ſub v. *ſas*, ubi vid. exempla. Sed caute admodum hae in uſum conferendae ſunt Grammaticorum animadverſiones; ſaepenumero enim ex nonnullis tantummodo exemplis obſervatis proſiliunt, nec conſtantem ſcriptoris alicujus ſcribendi rationem teſtari valent.

V. 24. 25. Citantur ap. Non. IV. col. 632. ex Varronis Satyra γεροντοδιδασκάλῳ, et ap. eundem Varr. V. p. 73. Ejusdem Medeae verba ſunt,

Scena II.

Creon. Medea. Chorus.

Cr. *Animadverte, et dicto pare .....

*

Κρ. Ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγες πλέκε· V. 321. 22.
Ὡς ταῦτ' ἄραρε —

Var Lect.

V. 26. *Animum advorte. Delr. Scriv.* —

ſunt, quae cum Corinthiarum mulierum choro loquens, ab incoepto querelarum non deſiſtit, ſed multis nominibus miſeram mulierum conditionem deplorans, addit, minime verum eos dicere, qui mulieres ajunt domi ſe continentes ſine ullo vitae diſcrimine tranſigere aetatem, dum viri belli pericula ſubirent foris: malle enim ſe ter in acie dimicantem ſtare, quam ſemel parere De verbis nonnulla monenda *Cernere* Nonius l. c. ſcribit nunc poni pro *amittere*, nunc pro *dimicare* vel *contendere*. Utriusque exemplum facit hunc Ennii locum; ſed an recte explicaverit, dubito. Utraque enim ſignificatio optime quidem convenit cum locis citatis, ſed tantum ex ſenſu verborum derivata eſt, nulla primitivae ſignificationis ratione habita. Noſtro loco pro *dimicare* intelligi debere, graeca Euripidis verba, παρ' ἀσπίδα στῆναι docent. Idem Graecorum eſt κρίνειν, ut κρίνειν τὸν πόλεμον, et διακρίνειν. Ennius Hect. Lytr *Severiter fortuna ferri cernunt de victoria.* Virg. Aen. XII. 709 *Inter ſe coiiſſe viros, et cernere ferro*, ad quem locum Servius ita: *Vera et antiqua lectio eſt; nam Ennium ſecutus eſt, qui ait:* Illi cernebant magneis de rebus agentes. *Et idem:* ferro non auro, vitam cernamus utrique. *Poſteritas coepit legere*, et decernere ferro. — Hinc cernere bellum ap. Lucr. V. 394. *aequo certamine bellum Magnis de rebus inter ſe cernere certant.* Inde apud Graecos, κρίνειν τὰ ὅλα, de ſumma rerum decertare. — *Quamde*, repoſui pro *quam*; ſic enim Feſtus veteres ſcripſiſſe tradit ſub h. v. ac (ex Merulae emendatione) ipſum Ennium noſtrum hujus rei teſtem facit, ex Annal. I. *Iuppiter, ut muro fretus, magis quamde manuum vei* Hac ſcriptione et trochaeum effugimus in verſu. Ex iſta conſuetudine fluxiſſe videtur haec ſcribendi ratio, qua veteres d litteram plurimis in verbis in ultima adjiciebant, ut veteres lapides teſtantur, inter quos praecipue Duilii columna, in foro poſita. — *Parire* pro *parere* ab Ennio et vetuſtiſſimis dictum eſſe, quatuor locis auctor eſt Priſc. noſtri citans illa: *Ova parire ſolet genus pennis condecoratum.*

V. 26. 27. Cicero haec fragmenta affert in Or. p. Rabir. 11. tacito auctoris fabulaeque nomine, quae quoniam

*Praiter rogitatum nei querare .....

*

*Sei té ſecundo lúmine heic offéndero,
Moriere . . . . . .

*

Ἐι σ' ἡ πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεὸς V. 352. 54.
Καὶ παῖδας ἐντὸς τῆςδε τερμόνων χθονὸς,
Θανῇ.

Var. Lect.

V. 27. *ſi loquare*, ſic Lambinus, ut magis Graecis verbis reſpondeat.

niam ex Euripidis Medea converſa ſunt, jure conjici poſſunt, ex Ennio Ciceronem retuliſſe, cujus verba ſunt: *Nemo noſtrum ignorat, etiamſi experti non ſumus conſuetudinem regiam. Regum autem ſunt haec imperia*, Animadverte, et dicto pare, *et* Praeter rogitatum ſi querare, *et illae minae*, Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere. — De eo, num Ennii ſint haec verba, recte poteſt dubitari, cum nec in hoc, neque in ſequenti fragmento auctoris nomen laudatum habeas, multosque fuiſſe conſtet, qui Euripidis Medeam transtulerint, inter quos Pacuvium, Attium, Varronem. Unde et aſteriſco notavimus. Sunt autem, ut e graeco contextu patet, Creontis verba ad Medeam, quam celerrime jubentis, ut ex ipſius ditione excedat, neque precibus diſceſſum differat, cum id firmiter ſancitum ſit. Summis tandem precibus ea conditione unius diei moram impetravit, ne poſterum diei jubar ipſam, nec filios intra regni fines aſpiceret, alioquin moreretur. Simile plane occurrit ap. Senec. in Med. 189. *Jubete, ſileat, regium imperium pati aliquando diſcat.* — De metro nil definire licet, cum interſciſſae et abruptae ſint ſententiae. Notandum, qua libertate auctor graeca verba verterit.

V. 28. 29. Exſtant ap. Cic. l. c. et ad Attic. VII. 26. ad Ennium vulgo referuntur; an recte, vide ſupra. Pulcherrime expreſſit Euripidem auctor. Similem ſententiam, eamque venuſtiorem habet Virgilius Aen. IV. 566. *Jam mare turbari trabibus, ſaevasque videbis Collucere faces, jam fervere littora flammis, Si te his attigerit terris Aurora morantem.*

V. 30. Hunc verſum integrum Nonius adducit col. 387. ſub v. *venor*, ex Ennii Nemea eum citans juxta Junianum Majum et editt. vett. ac etiam MSS. At etſi poſſit Ennius Nemeam quoque ſcripſiſſe, imitatione Theopompi Comici, cujus fabulam hoc nomine inſcriptam laudat Athenaeus, Aeſchylique, cujus

Scena III.

30. *Med.* Teneor conſipta, undique venor...

*

Μήδ, Κακῶς πέπρακται πανταχῇ. V. 364.

*

Var. Lect.

V. 30. *Conſepta*, ſic vulgo legebatur, pro *conſipta*, unde Michael. Bentinus conjectabat, *correpta*. V. 31. *Quod iter*, Delr, Voſſ. Scriv. —

jus Nemeam indicat catalogus ſcriptorum ejus ap. Fabric. et Priſc. V. ex Nemea Ennii quidquam proferat, recte tamen jam ſtatuit Columna, mendoſe Nonium aut citaſſe, aut corruptum eſſe ejus textum, tum antiqui Codicis ob auctoritatem, qui Medeam effert, tum ob ſenſus cum Graecis Euripidis convenientiam. Accedunt Henr. Stephanus, et Hadr. Junius, repugnante Voſſio, qui ob MSS. auctoritatem et conſenſum rem in integro relinquit. Aliam probabilitatis commendationem haec doctorum virorum conjectura habet ab eo, quod Feſtus *conſiptum* ait apud Ennium pro *conſeptum* inveniri. Ad ſenſum quod attinet, Medea, cum undiquaque preſſam ſeſe, et in anguſtiis deprehenderet, apud Euripidem deſperans fere, in querelam erumpit, jam penitus de ſemet actum eſſe; quod magnificentius noſter extulit, a feris ſumta translatione, quibus hinc canibus, illinc laqueis retibusque circumcluſis, nullum patet effugium. Eodem loco Attius Medea ap. Non. *Exſul inter hoſtes, exſpes, expers, deſertus, vagus*, et apud Senecam: *Expulſa, ſupplex, ſola, deſerta, undique Afflicta* —. Proverbiali locutione eamdem ſententiam expreſſit Hor. Sat. II. 2. *hac urget lupus, hac canis angit.* — *Conſipta*, eadem ratione, ut *ſico, exſico, luciſcit, quatinus* apud veteres ſolenne fuiſſe, teſtatur Diomedes Art. gramm. I. col. 378. Cf. Ter. Eun. III. 5. 6. Phorm. V. 9. 5. *Venor*, eſt *circumvenior*, interprete Nonio. Ad ſententiam quod pertinet, poſſis etiam conferre v. 1076. Euripidis, ubi eadem Medea:

..... ἀλλὰ νικῶμαι κακοῖς,
Καὶ μανθάνω μὲν, διὰ τολμηρὰ
κακά,

V. 31. 32. Citantur hi verſus ap. Cic. de Or III. 58. ſuppreſſo auctoris nomine; ſed ipſa oratio et verba, ex Euripide expreſſa, faciunt, ut Ennianae Medeae ab omnibus ſint attributi. Siſtunt Medeae διαπόρησιν, anxie querentis, quo loco nunc aſylum inveniat, cum paterna tecta cruenta fratris caede

Actus III. Scena I.

Jaſon. Medea. Chorus.

Jambi.

Med. Quo nónc me vortam, quo íter incipiam íngredier?
Domúm paternamne? ánne ad Peliai feílias?

*

Μήδ. Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους, V. 501-03.
Οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν, ἀφικόμην;
Ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

*

Var. Lect.

V. 32. Manus docta ad P. Scriver. Collect. vett. tragic. (quod exemplar acceperat Heſſelius a T. Ianſzonio ab Almeloveen) legere proponit: *Domum patriamne?* item *Pelei. — an, Delr.*

contaminata ſint, indeque nulla ſalus, nullum hoſpitium exſpectari poſſit. Mariti ad cognatos eadem ex ratione tutus aditus non patuit. Invisa enim Peliae filiabus erat, ob caedem, quam, ut a Samio Polycrate proditum eſt, carum patri dolo molita fuit, ut Jaſonis propinquorum caedem ulciſceretur, Jaſonique ipſi ad regnum capeſſendum viam ſtrueret. Perſuaſit enim Peliae filiabus, ſe ſuis medicamentis earum patrem, ſenio jam confectum, in priſtinum aetatis juvenilis robur poſſe reſtituere, promiſſisque per arietem grandaevum in agnum transmutatum fide addita, patrem juſſit eas ſtrictis enſibus dilaniare, dilaniatumque calidis ahenis injicere, qui inde juvenis evaſurus foret. Fabula narratur ab Ovid. Met. VII. 297. Apoll. Bibl. I. Hygin. fab. 24. Ex quibus melius jam intelligitur, quanta vi atque ἐνεργείᾳ poëta miſeriam reginae conſiliique inopiam extulerit. Magnificentius, ut omnia pro more ſuo, Seneca eundem διαλογισμὸν κατ' ὑποφοράν in Medea expreſſit v. 450.

At quo remittis? Phaſin et Colchos petam?
Patriumque regnum? quaeque fraternus cruor
Perfudit arva? quas peti terras jubes?
Quae maria monſtras? Pontici fauces freti?
Perquas revexi nobiles regum manus,
Adulterum ſequuta per Symplegadas?
Parvamne Jolcon, Theſſala an Tempe petam?
Quascunque aperui tibi vias, clauſi mihi.

Quo me remittis? —

De verbis nihil monendum. *Ad*, pro hac praepoſitione *ob* particulam Ennio uſurpatam fuiſſe, ſcribit Feſtus ſub h. v. quod et in Legg. XII. tabb. fuit obſervatum. Noſter Annal. XII. *ob Romam noctu legiones ducere coepit.* Rurſus XIV. *Omnes occiſi, obcenſique in nocte ſerena.* Et Iphigenia: *Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri adjacent.* Cf. Feſt. ſ. *mortem obiiſſe.* Cujus ſcriptionis veſtigia adhuc ſuperſunt in noſtro *obviam.*

V. 33. Ap. Cic. Tuſc. IV. 32. *Quid ex tragoedia princeps ille Argonautarum?* Tu me cet. Ennii videntur, ob convenientiam cum Graecis. Sunt verba Jaſonis ad Medeam, qua ingratitudinem ei exprobante, quod poſt tot tantaque a ſe accepta beneficia dimiſſa ſit, purgat ſe ipſe, potiusque ait, ſe a Medea amoris impatientia ex periculis fuiſſe ereptum, quam honoris ergo. Sic Columna ſenſum conſtituit, cui nihil omnino addendum habemus.

V. 35. 36. Refertur ſimiliter hoc fragm. a Cicerone in Or. 46. fine

Jaſ. . . . . . Tu me ámoris
Magis, quamde honori' ſervaſti grátia.

*

Scena IV.

Jaſon. Medea. Chorus.

35. ***Med.*** . . . . . Neque unquám tuum
In grémium extollás leiberorum ex té genus.

*

Ἰᾶσ. . . . . ὡς ἔρως σ' ἠνάγκασε V. 530. 31
Πόνων ἀφύκτων τἠμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

*

Μήδ. Οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε V. 304. 05.
Ζῶντας τοιοῦτον, —

Var. Lect.

V. 34. *Servaviſti, Col. Delr. Scriv.* — Noviſſimus Tuſculanorum editor, cl. Wolfius ita repoſuit: *tu me amori' magi', quam honori' ſervaviſti gratia.* Sic videtur eſſe trochaicus verſus tetrameter; nec de eo cum Viro humaniſſimo pugnare volo, cum metri conſtituendi ratio, in fragmentis, omni metri numero ſolutis, et auctoribus, qui licenter admodum ejus legibus ſeſe adſtrinxerunt, diverſa admodum cogitari poſſit.

auctoris nomine. Eadem sententia est in Euripidis Medea, et inde sive ab Ennio, sive ab alio expressa. Nec tamen ad fidem verborum vertit latinus poëta, sed magnificentius sententiam extulit de cujuscunque sobolis interitu, quam non solum a Medea suscepissset, verum etiam a quacunque alia muliere, quacum matrimonium iniret, suscepturus esset. Euripides contra Medeam alludentem sistit ad liberorum caedem, quam mox patratura erat, quamque adhuc incerta animo agitabat. Respexit auctor cognitum satis Romanorum ritum, quo liberos recenter natos humi positos parentes tollebant, et quidem in gremium patris, quo, ut pro suis agnoscerent, declarabant. — Metrum cum Vossio restitui jambicum trimetrum, quod et in Graecis expressum vides. Seneca majori religione Euripidem secutus, v. 510. ita:

Non veniat unquam tam malus miseris dies,
Qui prole foeda misceat prolem inclytam,
Phoebi nepotes, Sisyphi nepotibus.

V. 37. 38. Laudat Nonius sub v. *cette* ex Ennii Medea. Verba sunt Medeae ad filios, quos interficiat, nec ne, incerta dubiaque haeret. Quam animi ejus incertitudinem pulchro extulit disticho Antipater Macedo, jam a Col. ad h. l. laudatus:

Μηδείης τύπος οὗτος ἴδ', ὡς τὸ μὲν εἰς χόλον ἅιρει
Ὄμμα, τὸ δ' εἰς παίδων ἵλαος συμπαθίην.

Seneca nostrum locum ita vertit v. 945.

Hic cara proles, unicum afflictae domus
Solamen, huc vos ferte, et infusos mihi
Conjungite artus. —

Corpora, quae est lectio vera, graece τέκνα cuinam non in mentem veniant Virgilii illa in Aen. I. 105. *Scuta virûm, galeasque et fortia corpora volvit*, et II. 18. *Hùc delecta virûm sortita corpora furtim Includunt caeco lateri —. Manu'*, sic scribendum esse pro *manus*, Cicero auctor est in Or. 48. *Quin etiam, quod jam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae litterae, quae sunt in* optumus, *postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtae. — Meas*, in unam syllabam corripi debere, docet analogia similium formarum, ut *sas, sos, sis*, pro *suas, suos, suis*, quarum exempla supra ex Ennio protulimus. — *Cette* a cedo derivat Nonius, pro cedite, date. Plaut. Mercat. V. 4. 4. *Cette dextras nunc jam*. Pacuvius Atalanta: *is vestrorum uter sit, cui signum datum est, cette.*

Actus IV.

Actus IV. Scena IV.

Medea. Filii Medeae. Chorus.

Med. . . . . . Salvéte optuma
Corporá! cette manu' vóstras, measque accípite.

Actus V. Scena IV.

Chorus.

Chor. *Anapaesti.*

Juppiter, tuque adeo summe Sol,
Quei res omneis inspicis,
Queique tuo lumine
Mare, terram, ac cailum

Μηδ. . . . . δότ' ὦ τέκνα,
Δότ', ἀσπάσασθαι, μητρὶ δεξιὰν χέρα. V. 1069. 70.

Χορ. Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαὴς ἀκτὶς V. 1251-54
Ἀελίου, κατίδετε, ἴδετε τὰν

Var. Lect.

V. 37. Pro *corpora* H. Stephanus suspicatur *pignora* legendum esse, quod pignora vocantur liberi, corpora dicuntur servi. Sed prius tamen constanter exhibent MSS. et editt.

V. 39. sqq. *Vossius* trochaicos versus putat, et constituit ita:

Iuppiter, tuque adeo summe Sol, res qui omnes inspicis,
Qui tuoque lumine mare, terram, ac coelum contines,
Inspice hanc, facinus priusquam fiat, hoc prohibe scelus.

Vel secundum versum et sic scribi posse proponit:

Qui . . . . . contines.

Sed a Chori cantibus alieni sunt iudicandi hi versus, unde Anapaesticos cum Rutgersio et Columna reponere maluimus, cum in nostri poëtae metro restituendo haec sanctissima tanquam lex observanda videatur, ut, quantum fieri potest, summa cum Graecis harmonia servetur. Euripidis versus sunt Anapaesti, quem in hoc carminis genere et Pacuvium imitatum esse, Marius tradidit Il. col. 2522.

V. 39-44. A Probo citantur ad Virg. Ecl. VI. 31. (in edit. Virg. c. decem Commentt. Lugd. 1527. fol.) ex Ennii Medea exsule. Chori verba sunt, qui, cognitis nefariis Medeae consiliis, videns nihil amplius esse

Contines, inſpice, hoc facinus
Priu'quam fuat, prohibe ſcelus.

*

Ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν Φοινίαν
Τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

*

Var. Lect.

V. 43. *Contueris*, *Delr.* fere ut Voſſ. *contues*, et Rutgerſ. *contuis*, antique pro *contueris*. Voſſii conjectura eſt ſplendida ſane, ſed vereor, an recta. Eſt enim lectio facilior, nec cum Probi, a quo citantur hi verſus, ſententia conveniens. Nam hic ad Ecl. VI. 31. ubi Virgilius terrarum, animae (h. aëris), marisque et liquidi ignis ſemina, rerum omnia primordia fuiſſe ait, primo illud animadvertit, proprium Virgilio eſſe, ut nihil magnum ſua auctoritate confirmet, ſed aut a Muſis conceptum dicat, aut admirabile famae tribuat; deinde poëtam ſuum imitatus, ſententiae ejus ad majorem auctoritatem conciliandam, ipſe variorum philoſophorum opiniones in medium adducit, in quibus et Ennii noſtri fit mentio, qui pariter in Medea Exſule ab hoc quaternione rerum omnia primordia deduxerit. *Iam et hic*, in fine addit, *Iuppiter et Sol pro igni, qui mare, terram ac coelum continet; non dubie* coelum *pro* aëre *dixit*. Quaeſtio igitur oritur, num illud *continet* repoſitum ſit cum reliquis e textu Enniano, ſupra allato, an commentatoris manu additum. Prius accipere praeſtat; ratio enim poteſt cogitari nulla, cur illa addidiſſet Probus, niſi ad textum Ennii pertinerent. Simpliciter enim ait, Jovem et Solem h. l. poſitum eſſe pro igni, qui, ut audit apud Ennium, mare, terram ac caelum contineat. Neque eo Voſſii emendationem tueri poteris, quod utroque loco per idem vitium *contines* falſo ſcriptum eſſe pro *contues* dicis; quid enim altera vice eſſet ignis, qui mare, terram ac caelum contuetur. Criticis igitur rationibus ſubductis, magni viri conjecturam rejiciamus oportet, etiamſi facillimam eſſe ſplendidiſſimamque lubentes confiteamur,

V. 44 Fit. *Delr.*

eſſe praeſidii ad eam a truculenta natorum caede amovendam, tragicis querimoniis ad Iovem, utpote Deorum ſummum, ſermonem ap. Eurip. convertit, eumque obteſtatur, ut tam tetrum facinus a puellis, nihil tale merentibus, arceat. De ratione, qua haec Ennius ex Euripide converterit, ſupra jam expoſuimus, quae hic repetere non placet; pauca alia potius addimus, quae forte haud aliena ab hoc

loco cenſenda ſunt. Euripides Chorum ſiſtit vocantem Terram atque Solem, ut intercederent nefandum facinus, furentemque mulierem a parricidio arcerent. Solem vero tanquam eum, a quo Medea originem deduceret, hic invocari, monuit jam Schol. ad h. l. Terramque abſurde pergit, ὡς μέλλουσαν ἐιςδέχεσθαι ταῖς μιαιφονίαις τὸ ἅιμα. Ennius noſter vertit: *Iuppiter, tuque adeo ſumme Sol*, qua in verſione haud eſt offendendum. Iupiter enim antiquis Latii populis ſimpliciter Deum ſummum ſignificabat; hinc Latinus rex poſt mortem cum divus coleretur, *Iupiter Latialis*, h. e. *diu' pater*, ſive *diuspater Latialis* audiebat; hinc Aeneas *Iupiter indiges* (Liv. I. 2. Aurel. Vict. Orig. gent. Rom. 14. Dionyſ. Hal. I. 7.); hinc Aſcanius *Iupiter, Jovisque filius* (Aurel. Vict. 15); hinc Pluto denique *Ve-dius*, h. e. malus deus, ſive Iupiter Stygius. (Gell. V. 12. Feſt. ſub *vaegrandis*) Communis ergo ſignificatio fuit omnibus, qui apud diverſos populos in ſummis honoribus divinis habebantur. Unde et h. l. Ennius ſimpliciter pro Terra Euripidis Deum poſuiſſe videri poteſt, ſub eoque forte Sabinorum Opem intellexiſſe. *Dea* enim vocula ſeriori demum tempore in uſum venit: antiquiſſimi enim nullum diſcrimen faciebant inter marem ac feminam, unde adhuc apud antiquos poëtas, ut Calvum; *pollentemque deum Venerem*, et Laevium: *Venerem igitur almum adorans*, haec et ſimilia occurrunt. Cf Serv. ad Aen. II. 632. Sed praeſtat alia interpretatio, eaque ſententiae poëtae noſtri magis conveniens. Videtur nimirum Ennius Jovis et Solis numen unum idemque feciſſe, Graecos imitatus, apud quos Jovi omnia perſpicua eſſe, nihilque eum latere, et omnia audire, ſaepiſſime occurrit. Loca de eo citata videſis ap. Col. ad h. l. Quae utriusque numinis confuſio et apud Latinos reperitur, apud quos Iupiter *Diespater*, h. e. ſecundum Auguſtinum de Civ. Dei IV. 11. lucis auctor, diei pater, occurrit; item *Iupiter Lucetius*, h. lucis pater. Cf. Feſt. ſ. Lucetius, Carmen Saliare ap. Varr. IV. p. 20. Serv. ad Aen. IX. 570. Inprimis apud Oſcos animadvertitur, Solem divum eundem fuiſſe, cum Lucetio, eodem Feſto l. c. monente, quorum forte ut lingua, ſic et religiones Ennium noſtrum latuiſſe non videntur. Probat hanc interpretationem et verborum ſeries ac ordo, quibus de uno tantummodo numine ſermo agitur, et aliud fragmentum auctoris noſtri ap. Feſt. ſ. *ſublimem*, quod ex Thyeſte affert: *Adſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Jovem.*

Inſpice, forte *endoſpice*, ex Ennii locutione, ut certe Merula omnibus locis repoſuit. Ad ſcelus refert noſter, quod Graecus poëta de Medea ipſa intellexit, εἰδετε τὰν ὁλομέναν, unde et Voſſius repoſuit, *inſpice hanc*, ſed audacter nimis, nec niſi metri ratione habita.

45. *Chor.* Candentem, Sol, in cailo quei
Subleimas facem . . . . . .

*

Χορ. Ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενὲς, κάτειργε, V. 1258.
Κατάπαυσον . . . . . .

*

Incerta, quo loco repoſita.

. . . . . Quís tu es
Moliér, quei me inſuetó noncupaſti nómine?

*

Aſta, átque Athenas, ánteiquum opolentum óppidum

Var. Lect.

V. 45. *in caelo ſublimat.* Sic vulgata lectio effert. Sed noſtram tuetur MS. ap. Godofr. et graeci textus auctoritas. — V. 47. *Quae*, Manus docta ap. Heſſel. nec tamen placet emendatio, contra Grammaticorum auctoritatem facta. V. 48. *me hoc nuncupaſti.* Pompej. ap.

V. 45. 46. a Nonio citantur in *ſublimare.* Ad alteram Medeam vulgo refertur hoc fragm. ſed ſine idonea ratione. Cum verbis, quae nos e graeco textu ſubiecimus, optime poteſt comparari. Ceterum Colchis morem fuiſſe, Solem ac Jovem in accepta injuria invocare, tanquam eorum, quae geſta ſunt, arbitros et ſpectatores, monuit iam Schol. ad Apollon. Argonaut. IV. Sententia convenit cum iis, quae Euripides in Phoeniſſis refert v. 3. Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν ἑλίσσων φλόγα. Et Virgilius Aen. IV. 607. *Sol qui terrarum flammis opera luſtras.*

V. 47. ſq. Varro de L. L. V. p. 67. ubi de ſignificatione verbi *nuncupare* agit, non expreſſo auctoris nomine dicit: *Item in Medea:* Quis tu es mulier cet. Ex quo loco certum fabulae indicem habemus. Auctorem vero ex Diomede aperte cognoſcimus. Ita enim L. II. col. 447. ubi de Soloecismo agit, ait: *Secundus modus fit per immutationem generis pronominum, ut,* Quis mulier, *cum debeat dici,* Quae mulier, *ut apud Ennium:* Quis tu es cet. — Nonius ſ. *quisquis* ex Pacuvio hunc verſum laudat; unde Scaliger ad poëtae hujus Medum cum

50 Contémpla, et templum Ceréris ad laivam ádſpice.

*

Var. Lect.

ap. Ruhnk. V. 49. *Aſiu* MS. Non. Probat hanc lectionem Columna, vulgatamque ex librariorum inſcitia in textum irrepſiſſe arbitratur, intelligens hanc vocem de arce, ſive ἀκροπόλει, quae opponitur *Athenis*, alteri urbis parti, in planitie et mare verſus ſitae. Nos emendare nihil auſi ſumus, ob obſcuram hujus diſtichi interpretationem.
V. 50. *ad levam*, Victor.

cum retulit, ſed procul dubio Nonii citatum memoriae lapſum prodit. — *Quis mulier*, Pompejus Grammaticus in Donat. ap. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 262. *Apud majores noſtros indifferentes invenimus hoc pronomen*, quis vir, *et* quis mulier. — *Eſt autem ratio et origo hujus pronominis a Graeco, et idcirco tractum hoc genus ad Latinos.* Quis *eſt* τὶς. Τὶς *autem apud illos eſt tam maſculini generis, quam foemenini. Ergo quod inde traxerunt hoc pronomen, ſervaverunt etiam genus antiqui, ut eſt:* Quis tu es mulier, qui me hoc nuncupaſti nomine. Qui mulier *habemus et in Ennio, et in Pacuvio, et in ipſo Terentio.*

De loco, quo hoc fragm. reponam, incertus haereo. Colloquii aut Paedagogi cum Nutrice, aut Medeae cum Aegeo rege partem conſtituiſſe mihi probabile eſt; ſed deſunt certa indicia in graeco textu, unde cognoſcere liceat, qua ratione ac quo modo cum ceteris conjunctum fuerit. Quod graeci textus ſilentium nihilominus me movit, ut ex altera Medea hûc referam hos verſus; quem enim fugiat licentia, qua alienas fabulas noſter vertere ſolitus erat, qui ſervile admodum eſſe putavit, in vertendis fabulis ſe ipſum intra anguſtos interpretis limites coërcere, ac aliena ſemper proſequi veſtigia. Forte haud inepta eſt conjectura, conjungendi hoc fragm. cum altero, quod idem Varro l. c. ſuppreſſo auctoris nomine protulit, quodque Ennii eſſe, et ex ſenſus utriusque intima cognatione, et ex eo recte ſupicari licet, quod ſtatim alium verſum ex Ennii Annalibus ſubdit Varro. Legendum itaque eſſet ac ſupplendum:

Med. Tuéorne te, ſenéx? proh Iuppitér!
Aeg. Quis tu es,
Muliér, quei me inſuetó noncupaſti nómine?

Nec tamen ullum ex graeco textu huic conjecturae accedit veritatis indicium, unde et protuliſſe eam ſufficiat.

V. 49. 50. Refertur prior hic verſus a Nonio cum prima conſequentis verſus dictione ex Medea Ennii, et a Varrone ſimiliter ex eàdem fa-

bula ejusdem auctoris integer posterior; unde docti viri ob verbum *Contempla* divulsos conjunxere, sententia praesertim haud repugnante. Sunt jambi trimetri. Ex altera Medea vulgo afferuntur, cum Euripideae nusquam quidquam respondeant; sed quanti haec sit ratio aestimanda, vid. Arg. — Forte liberius expressi sunt ex illis Euripidis, ubi Medea de fuga sua ad Aegeum regem paranda loquitur, V. 772

Μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.

Quod nisi accipias, interprete carent hi versus, nec de loco, quo repositi fuerint, ullum indicium. Videntur, ut bene jam annotavit Columna, esse verba alicujus digito monstrantis; unde et ad juramentum Aegei, quod Medeae praestitit, referre possis, quod δεικτικῶς quasi hisce verbis videri potest adumbrasse Latinus poëta. Similiter ap. Euripidem Terram Solemque invocat Aegeus juramenti vindices, V. 753.

Ὄμνυμι Γαῖαν, λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς,
Θεούς τε πάντας ἐμμένειν, ἅ σου κλύω.

Sic Latinus ap. Virg. XII. 197. *Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera juro, Latonaeque genus duplex, Janumque bifrontem, Vimque Deûm infernam, et duri sacraria Ditis.* — *Anteiquum* — ex vana gloriatione Atheniensium, se esse αὐτόχθονας: De usu verbi activi *contemplare* apud veteres plura exempla affert Nonius, ut ex Attii Philocteta: *Contempla hanc sedem, in qua ego novem hyèmes saxo stratus pertuli*; et ex Titinnii Fullonibus: *Adspecta formam, atque os contempla meum.* — Templa Cereris et Proserpinae, ut in Atticis tradit Pausanias, Athenis constructa erant supra fontem, qui Enneacrunos vocabatur.

Add. Cicero de Inventione I, 19 [illegible]. cf. [illegible] T. I. p. 82. Medea [illegible]. [illegible] Attii!

SPVRIA.

SPVRIA.

. . . . quei ipsús sibei
Sapiéns prodesse néquit, nequidquám sapit.

*

. . . . pecudi dare
Viva mareito . . . .

*

Non memóro, quod dracóni' sopivi ímpetum,
Non quód veiros domávi et segetis ármatai
Manus . . . .

*

Var. Lect.

V. 3. Apud Voss. in MS. *Viam marito*, in vet. Veneta Prisc. edit. (1486.) effertur *Vivam*, unde Scriv. legendum conjectabat *Viram marito*. Et sane ἀντίθεσις hanc lectionem suadet. *Vira* pro marita, vel simpliciter femina, ut *Querquetulanae virae* ap. Festum.

V. 1. Quid de hoc versu judicavimus, vid. Arg.

V. 3. Scriverius ad nostram fabulam transtulit hoc frag. Prisciano col. 659. id citante ex Nemea, quod nomen etiam efferunt cum recentes editt. tum vetus Veneta a. 1486. item MS. ap. Voss.

V. 5. sqq. Citat Charis. Grammat. Inst. IV. col. 252. hoc fragm. tacito auctoris fabulaeque nomine, e qua depromserit. Scriverius ad Ennii Medeam retulit, sed sine ulla idonea ratione. Attii esse putare mallem, cujus Medea, ut certe ex reliquiis conjici potest, longe videtur abfuisse ab Euripideae argumento et οἰκονομίᾳ. Ista enim Ennii nostri licentia libertasque in vertendis Graecorum fabulis, ad quam plures Viros doctos in vindicandis fragmentis ac restituendis auctori suo provocasse video, non eo usque processit, ut novas plane actiones, nova argumenta, novasque rerum species in fabulam induceret, sed ut ea tantum, quae in Graeco poëta obvia erant, aut amplificaret, aut ex parte immutaret, aut novis tantum coloribus adumbra-

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna ineſt certátio.
Nám ut ego ollis súpplicarem tánta blandiloquéntia?

*

braret. Quae vertendi ratio optime quoque convenit cum primis in re tragica conatibus, ubi timidus adhuc atque verecundus aliena tantum vestigia premere, nec de via calcata longe aberrare solet poëta. Pertinere igitur videtur ista, qua Graecorum fabulas transtulerunt antiqui tragici Latini, ad dictionem potius verborumque ornatum licentia, quam ad res ipsas atque argumenta, quae totius fabulae hypothesin constituebant.

V. 8. 9. Leguntur apud Ciceronem in tertio de Nat. Deor. 25. interrupta orationis serie citata, cum proxime antecedentia desiderentur. Niobes verba esse, Cicero paullo post addit, cujus vero nomen aut ex memoriae lapsu, aut ex librariorum errore pro Medeae nomine in textum venisse suspicatur b. Kindervater ad h. l. eam quidem ob caussam quoniam infra in seqq. Cicero *ejusdem* Medeae ex Attio, seu alio quodam verba afferat, quam *eandem* appellare non potuisset, nisi supra jam quid de ea allatum fuisset. Unde ex Ennii Medea hos trochaeos desumtos esse putat Vir doctus. Sed facile animadvertitur, hanc Ciceronis citandi formulam referre sese potius ad versus illos: *Ille transversa* cett. qui ab eodem Cicerone in proxime antecedentibus laudati erant. In vocis *Niobe* authentia omnes Codd. ac edit. conveniunt, unde hinc nulla τῆς νοθείας suspicio oriri potest. — Ab Euripideae Medeae persona plane aliena sunt haec verba, quae si nihilominus ad eam referre velles, tantum de incerto ejus ac fluctuante animi consilio possint intelligi, num liberos trucidet, an pro iis apud Iasonem intercedat, ut, ipsa matre terram relinquente, tranquille liberos ac secure secum habitare patiatur. Sed de ipso hoc Medeae consilio, liberos apud patrem relinquendi, ne vestigium quidem habetur apud Euripidem; sed comperta mariti perfidia, veniaque ab Aegeo Athenas confugiendi impetrata, statim liberorum mortem decrevit, ut observari optime potest ex his versibus: (V. 790)

Ὤμωξα δ' οἷον ἔργον ἐς' ἐργάσεον
Τἀντεῦθεν ἡμῖν τέκνα γὰρ καταπ-
τεινῶ

Τἄμ'· ἔστις ἐσὶν, ὅσις ἐξαιρήσεται.

Nam quae post coram Iasone de liberis suis Corinthi relinquendis agit, haec simulate tantum et dolose ab ea proferuntur. Tantum enim abest, ut hoc consilium unquam vere molita sit, ut potius ipsa feminis Corinthiis contrarium consilium aperiat, ita v. 780.

Παῖδας δὲ μεῖναι τὰς ἐμὰς αἰτήσομαι·
ἐχ ὡς λιπᾶσα πολεμίας ἐπὶ χθονὸς
ἐχθροῖσι παῖδας τὰς ἐμὰς παθυβρίσαι,
ἀλλ' ὡς δόλοισι παῖδα βασιλέως
κτάνω.

Quibus

10. Qúei volt esse, quód volt, ita dát se res, ut óperam dabit.

*

Olle transversá mente mihi hódie tradidít repagula,
Quéibus ego iram omném recludám, atque ólli perniciem dábo,
Míhi mairores, ólli luctum: exitium olli, exulium míhi.

*

Quibus adde v. 1058.

Μὰ τὰς παρ' Ἀιδην νερτέρας ἀλάσορας,
Οὔτοι ποτ' ἔσαι τᾶϑ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ
Παῖδας παρήσω τὰς ἐμὰς παθυβρίσαι.

Ex quibus luculentissime apparet, et Ennium nostrum haec proferre non potuisse, nisi omnem dramatis vim virtutemque perdere voluisset. Quae sunt inprimis, quibus adducor, ne versus istos Ennii esse arbitrer. Nec hoc leve κριτήριον putarem, e quo cognoscere liceat, quaenam fragmenta sint auctori suo restituenda.

V. 10. Pariter ad Medeam Ennii nostri retulit vir doctus h. v. sed ex eadem Niobes fabula Cicero laudare nobis videtur hoc fragm. *Niobe*, ait l. c. *parumne ratiocinari videtur, et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud vero*, addit, *quam callida ratione?* Qui volt etc. Nimirum ad ratiocinationem referas τ *illud*, quam secum Niobe agitat, quaque se consolatur, ad firmandum animi propositum, se non velle blande ac suppliciter inimicos accedere; nec id ei esse faciendum, qui constanter semper se gerat, eaque fortiter ad finem perducat, quae semel sibi proposuerit. *Qui enim volt esse, quod volt*, h. qui illud strenue assequi aut perpetrare studet, de quo semel sibi persuasum habet, ut fieri debeat, *ei ita res sese dabit, ut operam dabit*, h. ejus consilio externae res eodem modo aut favebunt, aut impedimento erunt, quo ipse operam dabit. Potest enim constans et fortis animus res sibi subjicere, et pro animi lubitu eas immutare. Sic optime hunc versum malorum omnium seminatorem appellare potuit Cicero, eorum nimirum ratione habita, qui improba consilia cum perversa animi pertinacitate ac constantia exsequi student.

V. 11 sqq. Apud eumd. Cic. l. c. ex quo jam Columna in Commentarium suum eos transscripsit, eosque etsi timide adhuc Ennio nostro vindicavit. Ex Medea fabula esse, aperte Cicero ipse testatur, nec quoque desunt Graeci textus aliqua, quibuscum possint comparari. Euripides v. 401. 02.

Πικρὰς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγρὰς ἥξω
γάμους,
Πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ Φυγὰς ἐμὰς
χθονός

simi-

. . . . . póſtquam pater
Appropinquat, jámque paine ut cómprehendatúr, parat,
Púerum interea obtróncat, membraque articolatim dívidit,
Pérque agros paſſím diſpergit córpus: id eâ grátia,
Ut, dum natei díſſipatos ártu' captaret parens,
Ipſa interea effúgeret: ollum ut móiror tardaret ſequier,
Sibei ſalutem, ut fámiliarei páreret parriceídio.

ſimile quid habet. Sunt verba Medeae, vindictam meditantis. Per *illum* Jaſon ſignificatur. *Repagula* autem tropice hic adhibentur, ut ap. Cic. Verr. IV. 15. *repagula juris et officii perfringere.* Cf. Feſt. — De eo, num Ennii ſint hi verſus, cum nemine contendere volo. Equidem nihil habeo, quod contra moveam, niſi id, quod cum ſequenti fragmento in eadem fabula fuiſſe videantur; Ennii noſtri eſſe, neutiquam mihi poſſum perſuadere.

V. 14 ſqq. Sunt trochaici tetrametri catalectici, interpoſitis ſeptenariis. Cf. *Geſner* in Chreſtom. Cicer. p. 161. et *Kindervater* ad Cic. l. c. qui uterque Ennio noſtro reſtituit hoc fragm. Sed facile intelligitur, non ſolum deeſſe haec plane in Euripidis fabula, (apud quem omnino bis tantum fratris occiſi, patrisque proditi mentio fit, v. 168. et 486) verum etiam ne convenire quidem ulli perſonae Euripideae, a qua dicta putari poſſint. Ad Prologum quendam eſſe referenda probat et dictio, et narrationis habitus, quo edicuntur. Quam ob rem Attii Medeae adſcribere malim, quacum melius ſane conveniunt. Ex eodem fonte ſunt illa ap. Ovid. Triſt. III. 9. 27. de Medea:

Atque ita divellit, divulſaque membra per agros
Diſſipat, in multis invenienda locis.
Neu pater ignoret, ſcopulo proponit in alto
Pallentesque manus, ſanguineumque caput:
Ut genitor luctuque novo tardetur, et artus
Dum legit exſtinctos, triſte retardet iter.

Cf. Heroid. Ep. VI. 129 ſq. XII. 159 ſqq. Eodem Cicero reſpicit in Or. p. Leg. Man. c. 9. "Primum ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa, maerorque patrius celeritatem perſequendi retardaret".

SPI-

SPICILEGIVM EORVM

QVAE IN Q. ENNII FRAGMENTORVM COLLECTIONIBVS DESIDERANTVR.

I. FRAGMENTA AVCTIORA.

Ex Annalibus.

Lib. 1.

. . . . . ut Ilia reddita nuptum.

*

Lupu' femina foita repente . . . . . .

*

V. 1. Laudat Servius ex Annalibus ad Virg. Aen. III 333 probans inde, *reddere* verbum ſaepius, ut *recipere*, pro *dare* tantum ac *capere* uſurpatum eſſe a veteribus. Pro *Ilia* effert *illa* Servii textus ap. Petr. Danielem Aurelianenſem (qui ex membranis Codicis Fuldenſis locupletatum primus Servium edidit, Par ap. Nivellium 1600. fol quem Codicem apud eundem Danielem vidit jam Merula, ut ipſe teſtatur ad Ennium p C. pluraque ex eo fragmenta protulit unde Merula inter incerta Annalium repoſuit: *ad illa reddita nuptam.* De ſenſu atque loco hujus fragm. ſi de Ilia Veſta i, Romuli Remique matre, accipis, non laborandum

V. 2 Serv. ad Aen. II. 355. *Sane apud veteres* lupus *promiſcuum erat, ut Ennius.* — Quint. I. 10. Lupus *maſculinum, quanquam Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat,* Lupum *feminam dicit, Enniumque Pictoremque Fabium ſecutus.* — Feſtus l. XV. in Recto fronte: *ut quum ait Ennius quoque a* ſtirpe ſupremo, *et* Ilia dia nepos, *et* Lupus facta, *et* nulla metus. Vnde H. Columna fruſtillum illud in primo Annalium repoſuit. Sed Merula, errore deceptus, Feſtum hic ad aliud fragm. Ennii, a Nonio citatum, reſpexiſſe putavit:

Endotuetur ibus lupu' femina, conſpicit omneis
In campo celerei paſſu praiſto eſſe parumper

et audacter nimis Feſti textum ex hoc loco emendandum eſſe cenſuit, legendumque: *lupu' femina*, ignorans

. . . . . o domus Ancei
Anteiqua! heu quam diſparilei domino dominare!

*

Lib. VI.

5. Quam ſemper fuvit ſtolidum genus Aiacidarum!
Bellipotentei' ſunt magi' quam ſapientipotenteis.

Ex Epicharmo.

O'mne corpus, úbei nimius árdor et humor víget, aut
Interit, aut ſei manét, ſterile eſt: quoi téſtis aiſtas et hiemps;
Quód in altero aër árdet, et ſpica aret, ét in altero natúra

Var. Lect.

V. 7. *aut humor.* Varr. — V. 8. *aut manet ſterile,* Id. — V. 9. *et* ante *ſpica* deeſt ap. eumd. Varr. —

rans, alind ejusdem Ennii fragmentum eſſe ap. Serv. quo vulgata Feſti lectio defenditur.

V. 3. Cicer. de Off. I. 39. verſum ſic citat: *O! domus antiqua, heu, quam diſpari dominare domino!* In Fragmentis Ennii legitur: *O domus Ancei, heu quam diſpari domino dominare.* Apud Cic. quoque Codd. variant in vocibus *anteiqua heu.* Vt nos dedimus, ſic reſtituit Cl. Heuſinger ad Cic. l. c. Ad primum forte Annalium librum refer. Anci domus, ut Paullus ex Feſto, et Feſtus ex Verrio tradit, portae Sanquali proxima fuit. — *Dominare,* paſſive, more veterum poëtarum. Cf. Bunemann. ad Lact. VII. 15. 5. Ad eundem verſum alludit quoque Cic. Phil. V. 41. *O tecta ipſa miſera, quam diſpari domino? Quam quomodo iſte dominus? ſed tamen a quam diſpari tenebantur!*

V. 5 6. Ex Cic. de Div. II. 56. attulerunt hos verſus Columna et Merula, ſed mutilos. Defuit enim initium *Quam ſemper fuvit,* in textu Ciceronis eodem, quo cetera ejus, tenore expreſſum. Sed facile videbis, verſum ita poſſe ſuppleri, ut nos dedimus.

V. 7. ſqq. Sic locum Varronis l. IV. p. 18. correximus, ac ad metri juſti numerum revocare ſtuduimus. Sunt trochaici ſeptenarii, quorum primum repoſuit jam H. Columna, quosque univerſos ex Ennii Epicharmo, eſſe ſuſpicatus eſt jam Scaliger ad l. c. Qui idem, ad conſenſum eorum cum Pythagoreorum dictis declarandum, ſequentia neſcio e quo auctore, ſubjicit: Pythagorei enim, ait, dicunt ἰσόμοιρα εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρόν· ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμᾶ μὲν, θέρος γίνεσθαι· ψυχρᾷ δὲ, χειμῶνα. ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τῶν ἐτῶν. ὧν τὸ μὲν θάλλον, ἔαρ, ὑγιεινόν· τὸ δὲ φθίνον, φθινόπωρον, νοσερόν.

V. 12. ſqq. Laudantur ap. Cic. de Or. III. 58. Sunt verſus trochaici ſeptenarii. Priores duo habentur jam ap. Columnam, in Fabula Alcmaeone, quem vide. Nos tres ſubſequentes ad unam eandemque feriem revocavimus, ſententia metrique ſimilitudine ita ſuadente. Ioſ. Scaliger hos verſus inter ſe cohaeſiſſe negat, alio Ciceronis loco adductus, qui eodem libro c. 38. ſecundum verſum una cum alio citat:

Tum pavor —
Num non vis hujus me verſutiloquas malitias.

Sed in promtu eſt videre, illo loco Ciceronem tantum ſingulares quasdam verborum conjunctiones inducere, noſtro autem loco metuentis habitum depingere voluiſſe; quod

10. Ad naſcendum cúm himbre et frigore víctitare nón volt,
Et potius ver expectat . . . . . .

*

Ex tragoediis.

Ex Alcmaeone.

. . . . . Móltis
Módi' ſum circúmventu', morbó, exulio atque inópia:
Túm pavor ſapiéntiam omnem míhi ex animo expéctorat.
. . . . . .
15. A'lter terribilém minitatur véitae cruciatúm et necem,
Quód nemo eſt tam fírmo ingenio, et tánta confeidéntia,
Quín refugiát timido ſanguén, atque exalbéſcat metu.

*

Var. Lect.

V. 14. *Mihi omnem.* Sic vulg. lect. quam Bentlej. ob juſtam trochaici menſuram, ex undecim MSS. et edit. Venet. et Mediol. mutavit, ut nos dedimus. Ibidem nonnulli Codd. efferunt *exanimato.* Sed Nonius I. col. 491. noſtram tuetur lectionem, eandem ſententiam ex Cicerone citans; quam eandem legendi rationem probare etiam videtur Cicero de Or. III. 38. ubi iisdem verſibus laudatis, *expectorare* tantum vocem ex conjunctione factam, non natam eſſe ait, quod ſane idem in voce *exanimato* obſervaturus fuiſſet, ſi ita legiſſet.

Ex Telamone.

Heíccine eſt Telamó olle, modo quem gloriá ad cailum extolit,
Quém aſpectabant, quójus ob os Grajeí ora obvertebánt ſua?
O'llei . . . . ſimól animus re cúm concidit. . . . . .

*

Ex Thyeſte.

Thyeſt. Noleite, hoſpites, ad me adire! Illico iſtim!
Ne contagio mea boneis umbrave obſit:
Tanta vis ſceleris in corpore hairet.
Chor. Quidnam eſt? obſecro! quid te adiri abnutas?

*

Var. Lect.

V. 21. *Adire ad me . . . iſti.* Davieſ. V. 22. *obſtet.* Gruter. V. 23. *Meo tanta . . . renutas.* Bentlej.

poſterius uno verſu abſolvere non potuit. De verbis vid. ap. Col.

V. 18. ſqq. Ex Cicer. Tuſc. III. 18. priores duos verſus jam attulerunt Columna et Scriverius, tertium hemiſtichium pro Ciceronis interlocutione habentes, omiſerunt. Sed partim Cicero ipſe citandi formulam, *ut ait idem*, addit, partim imperfectus eſt, eo non addito, poëtae ſenſus, quod recte jam vidit Davieſius. Sunt verſus autem trochaici catalectici.

V. 21. ſqq. Priores tres verſus jam Columna repoſuit ex Cic. Tuſc. III. 12. Quartum addidimus ex Orat. III. 41. ubi Cicero: *Nolo eſſe verbum anguſtius id, quod translatum ſit, quam illud proprium ac ſuum.*

Quidnam eſt, obſecro? quid te adiri abnutas?

Melius eſſet, vetas, prohibes, abſterres, *quoniam ille dixerat:*

Illico iſtim!

Ne contagio cet.

Bacchiacos tetrametros hos verſus eſſe vult Bentlejus, eâque gratia ante verſum 23. ſupplet *Meo*, et pro *abnutas* legit *renutas*. Sed vix perſuaſit mihi vir doctiſſimus, alios repoſuiſſe verſus poëtas Latinos, quam quos repererint in Graecis exemplaribus. Forte ſic Iambi ſeptenarii poſſunt reſtitui:

Nolite hoſpites ad mé adire! Illico iſtim! Ne contagió
Mea bónis umbrave óbſit; tanta vís in corporé
Sceleris haeret.
Quidnam éſt? obſecro!
quid te ádiri abnutás?

Ex incertis libris.

. . . . . Unde ſibei
Sei non popolei et reges, at omnes
Sui eives conſilium expetant,
Suarum rerum incertei, quos ego
Mea ope ex incertis certos
Compotesque conſili dimitto,
Ut ne res temere tractent turbidas.

*

Inde Parum per coirola navibus ambulabant.

*

Quid?
Brunduſium polcro praicinctum praipete portu?

*

V. 25. ſqq. Laudantur ap. Cic. de Or. I. 45. *Quid eſt enim praeclarius, quam honoribus et reip. muneribus perfunctum ſenem poſſe ſuo jure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, ſe eſſe eum, unde ſibi, ſi non populi et reges, at omnes ſui cives conſilium expetant,*

Suarum rerum incerti? quos ego
mea ope ex
Incertis certos, compotesque conſili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Sic ap. Columnam citantur; ſed jam Godofredi in nott. ad h. l. verſum reſtituit:

Unde populi et reges omnes conſilium expetant.

Arnoldus a Boecop in dialog. de fide Catholica Lipſii. p. 131. Opp. Lipſ. haec priora addit:

Uno ore quem plurimae conſentiunt
Gentes eſſe virum populi primarium:
Unde populi et reges omnes conſilium expetant
Suarum rerum etc.

cf. *Theod. ab Almeloveen* Opuſcula. p. 172. (Fragm. vett. poet.). Sed falſus eſt ille, qui duos priores verſus Ennii putat, cum ex Ciceronis Fin. L. II. 35 qui eos citat, liqueat, portae inſcriptos fuiſſe in Calatini gloriam.

Nos in Anapaeſtos eos reſolvimus, quod facillime fieri potuit. Ad Chori alicujus hymnum referendi videntur, de cujus loco ac nomine nil certi compertum habemus. Forte ex Iphigenia fabula.

V. 32. Feſtus ſ. caerula: Rigido tum caerula ſuro, *cum ait Ennius, jocatus videtur ſuper etymo verbi*

II. FRAGMENTA HACTENVS OMISSA.

Ex Annalium

Libro I.

. . . . . .
. . . . . .

Libro VIII.

* . . . . . Hasdrubâlem.

*

* . . . . . Hamilcârem.

*

Libro IX.

* Isque dies poſt ante' Marcu' quam regna recepit.

*

Coeruli. *eſt enim a maris nomine. Eodem verbo de eadem re uſus eſt et l. II.* Fert ſe per laeta Campi caerula prata. Caerula, *mare ipſum dixit, et alibi:* Inde Parum per Caerula navibus ambulabant. *Parum inſulam refert.* — Ap. Merulam habetur hoc fragm. ita:

Inde Parum . . . . . ulabant.
Nos ex Daciero dedimus,

V. 33 Gell VI 6. — Vox *quid*, deeſt apud Columnam et Merulam.

Ex primo Annal. Sunt verba Servii ad Aen. I. 273. ex primo Annali, ut videtur: *Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.*

Hasdrubâlem, Gell. IV. 7. *Valerius Probus inter ſuam aetatem praeſtanti ſcientia fuit. Is Hannibalem, Hasdrubalem, et Hamilcarem ita pronunciabat, ut penultimam circumflecteret, ut teſtis eſt epiſtola ejus ſcripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium, multosque alios veteres eo modo pronunciaſſe affirmat. Solius tamen Ennii verſum unum ponit ex libro, qui Scipio inſcribitur:* quei propter Hannibâlis copias conſiderant. — Idem Ennius in Andromache: *Hectôris natum de moero jactarier* (ſc. *vidi*); ubi eſt media ſyllaba longa, more priſci ſermonis, de quo intelligendus locus ap. Varr. VII. p. 121. *Item ſecundum illorum rationem debemus ſecundis ſyllabis longis dicere* Hectôrem, Neſtôrem. *Eſt enim*, ut Quaeſtor, Praetor, Neſtor, Hector.

(*Isque* etc.) Serv. ad Aen. III. 333. recipere eſſe i. q. capere hoc fragm. oſtendit. Ex Annalibus eſſe, probat et verſus heroicus, et illud, quod ſtatim poſt alim locum ex Annalibus, ab eodem Servio l. c. afferatur. Forte haud

Libro XVI.

Prandere jubet, horiturque. . . . . .

*

Ex iisdem, ut videtur: Suppreſſum enim operis nomen.

. . . . . .
. . . . . .

*

haud inepta eſt conjectura, ad librum IX eſſe id referendum, quo Cethegi Marci mentio fit verbis:

Additur Orator Corneliu' ſuaviloquenti
Ore Cetegus Marcu' Tuditano conlega.

Quem eundem Marcum Cethegum cum P. Tuditano in bello Punico ſecundo (a 549. V. C.) Conſulatum geſſiſſe, quocum quinque annos ante teſte Livio XXVII. Cenſor creatus eſſet, auctor eſt Cicero in Brut. 15. eosdem Ennii verſus proferens, quorum niſi teſtimonio cognitus fuiſſet Cethegus, hunc, ut alia fortaſſe multos, oblivione obruiſſe vetuſtatem addit. Cf. de Senect. 14. — Vulgo legitur: *poſt aut quam M.* ego ex conjectura dedi: *poſt ante M. quam. Poſt ante*, ex more veterum poëtarum, praepoſitiones geminandi ut *inſuper, deſuper*, et quae minus uſitata, *exante, poſtante, inante*, ut Graecorum ἐμπροσθεν. Propert. II. 2. 51. Et ſic legendum eſſe praeter loca citata probat τὸ *quam*, quod poſt *aut* nullum omnino ſenſum haberet. *Regna recipere* h. l. de Conſulatu, vel de exercitu, ad quem profectus eſt Cethegus.

Prandere, Ap. Diomed. I. col. 378. Hortatur, *quod vulgo dicimus, veteres nonnulli* horitur *dixerunt, ut Ennius* l. XVI. *Annalium*: Prandere cet. Idem in X. Horitur enduperator.

Ex iisdem, Habet Cic. de Legg. II. 27. *Exſtrui autem vetat (Plato) ſepulcrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque abſolverint, nec e lapide excitari plus; nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, inciſam quatuor herois verſibus, quos longos appellat Ennius.* Annales unicum opus, quod Ennius integrum carmine heroico deſcripſit, quod ipſe *longis* ſive heroicis verſibus contineri hic profitetur. Ad initium forte Annalium referendum hoc fragm. et cum alio conjungendum ſic:

Nos auſei referare *fores: nos fecimu'* longos
Verſus . . . . . .

Longos forte vocavit de numero eorum, et pedibus gravibus longisque

. . . . . ager oppletus
Imbrium fremitu . . . . . .

*

Flos veterum . . . . . .

*

. . . . . nam me gravis impetus Orcei
Percutit in latus. . . . . .

*

. . . . . fuſo ſanguine ſacrem.

*

Juppiter heic reiſit, tempeſtatesque ſerenai
Reiſerunt omneis reiſu Jovis omnipotentis.

*

que. Nonnulli hexametri ante Ennium inveniuntur, ut e. g. e Livii Odyſſea, ex Homero translata, ap. Priſc. Sed Saturnii ſunt verſus depravati, et in modum hexametri mutati.

ager) Serv. ad Ge. I. 12. hunc Ennii locum exemplo affert, quod veteres *fremitum* pro aquae murmure, et *fremere* pro murmitare dixerint. Quos Virgilius imitatus, Aen. XI. 299. *Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.* Cf. Aen. I. 55. ibiq. Serv. Habet fragmentum jam *Almeloveenius* l. c. p. 173.

Flos) Serv. ad Aen. VIII. 500. ubi Virgilius: Flos veterum, virtusque virûm, quos juſtus in hoſtem Fert dolor — *Ennianum illud*, flos veterum. Idem Annal. IX. *Flos delibatu' popolei.* Nota ſunt Pindari ναυτῶν ἄωτον, πατέρων ἄωτον, et Euripidis Ἑλλάδος ἄνθος.

Nam me) Serv. ad Aen. I. 81. ad Virgilii illa: Haec ubi dicta, cavum converſa cuſpide mentem Impulit in latus. *Alii in latus, pro latus accipiunt. Ennius:* Namque cet.

Fuſo) Sic Feſti corruptum locum reſtituit Pomponius Laetus ap. Godofr. *Sacris* de hoſtia dicebatur. Propria dictio fuit *ſacris porcus.* Varro de Re ruſt. II. 1. *Fere ad quattuor menſes a mamma non diſjunguntur agni; hoedi tres, porci duo, e queis, quoniam puri ſunt ad ſacrificium, ut immolentur, olim appellati* ſacres. Cf. ib. c 4. Graeci vocabant χοίρια μυστηρικά. Ariſtoph. Acharn. 747. cf. Plaut. Menaech. II. 2. 15. Rud. IV. 6. 1.

Juppiter) Nobile hoc fragm. e Servii Codice Fuldenſi repoſuit Burmannus ad Virgilii illa: *Olli ſubridens hominum ſator atque deorum, Vultu, quo coelum tempeſtatesque ſe-*

Jamque inter jactum telei progreſſus uterque
Subſtiterat, ſubito erumpunt clamore, frequentesque
Exhortantur equos, fundunt ſimul undique tela
Crebra nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.

*

. . . . . .
. . . . . .

*

. . . . . .
. . . . . .

*

Dicteis, Romaneis . . . . . incutit iram.

*

ſerenat. Adquae Servius: *Laetum oſtendit Jovem, et talem, qualis eſſe ſolet, quum facit ſerenum. Poëtarum enim eſt, elementorum habitum dare numinibus, ut ſupra de Neptuno dictum eſt.* Iterum hic fontem detegimus, e quo Virgilius ſua hauſit, certe coloribus adumbravit. *Tempeſtates* Deae tanquam inducuntur ab Ennio, quibus capta Corſica et Aleria urbe, templum dedicaſſe L. Scipio dicitur inſcriptione ap Burm. Anthol. Lat. II. 43.

Honc oino ploirume conſentiontR.
Duonoro optumo fuiſe viro
Luciom Scipione. filios Barbati,
Conſol, Cenſor, Aidilis hic fuet.
Hic cepit Corſica, Aleriaque urbe;
Dedet Tempeſtatibus aide merito.

Cf. *Barth.* ad Avian. Fab. XIV. 10. qui ex Virgilio ſcribit *ſerenat* pro *ſerenai.*

Jamque) Leguntur hi verſus in Virg. Aen. XI. 603 ſqq. ad quos Servius ita: *Homericum eſt ἔστω βέος unde poſſit haſta emiſſa in hoſtem venire. Et Enniana eſt iſta omnis ambitioſa deſcriptio.* — *Progreſſus*, Ennii eſt *progrettus*, ut *adgrettus*, cf. Merul. ad Enn. p. CCXXIX. Atticorum more, qui τὸ s vertere ſolent in τ. Apud Latinos ſimilia ſunt *mertus, pultus, tertus.* — Forte Ennio ſcriptum erat *exhoritantur*, de quo v. ſupra Diomed.

Schol. Lucan. ad Pharſ. X. 252. ed. Oudend. *Ennius haec de Nilo ait, quod per aeſtatem Sol ab inferioribus aquam ſupra revocet, ac hinc eo tempore Nilus increſcat.*

Serv. ad Aen. I. 741. *Sane Atlas Graecum eſt, ſicut et Nilus. Nam Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem.* Cf. eund. ad Georg. IV. 291. *Nilus dictus eſt quaſi νέαν ἴλὺν*, h. e. novum limum, trahens. *Nam antea Nilus Latine* Melos *dicebatu*, pro μέλας, cf. Cl. *Heyn.* ad Apollod. p. 113. ed. 1803

Dicteis) Serv. ad Aen. I. 73. *Inculc vim ventis, ſubmerſasque obrue puppes.*

In-

Inter ponendum . . . . . .

*

Silvarum ſaltu', latebras lamasque latoſas.

*

. . . . tonat Clodiu' Polcer . . . . .

*

. . . . . Aburiu' Marcus . . . . .

*

M. Aimilius . . . . . .

*

. . . . . Poinos . . . . . .

*

Inter) Serv. ad Ecl. IX. 24. honeſtam eſſe locutionem probat ad Virgiliana: *Et inter agendum occurſare equo*, h. e. dum agis. Afranius, *Inter loquendum.*

Silvarum) Hor. Epp. I. 13. 10. *Viribus uteris per clivos, flumina, lamas*, ad quae Cruq. Schol. Lamas, h. e. *lacunas majores*, inquit, *continentes aquam pluviam, ſeu coeleſtem*, ἀπὸ τῆ λαιμῆ, i. e. *quae ingluvies eſt et vorago viarum, ſeu foſſae fluviorum; hinc quoque dictae ſunt lamiae puerorum voratrices.*

tonat) Calpurnius Piſo MS. in nott. ap. Merul. p. DLXIII. *Vehementiſſime apud Ennium tonat Clodius Pulcer in M. Aebatium, trib. pleb.* (l. M. Aburium, cl. Liv. XXXIX. Mer.) *quum prohiberet triumphum, quem ob res in Graecia praeclare geſtas decreverat magno conſenſu Senatus, accuſans etiam Manilium* (l. M. Aimilium. Mer.).

Poinos) Sic pro Poenorum foeminis dixiſſe Ennium, teſtis eſt Feſtus ſ. *Punici*, ap. Dacier. *Catonem, Marcellum* — Cic. Or p. Arch. 11. utrumque ab Ennio laudatum eſſe tradit.

Ex Evemero, Ap. Serv. ad Ge. II. 139. *Arabia autem eſt regio, ubi et templum Triphyllii Jovis habent, ut ſcribit Evemerus. Enuium ſolum inter Romanos Evemerum vertiſſe conſtat.*

Ex Scipione, Ap. Suidam ſub h. v. Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητὴς, ὃν Αἰλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιον φησί. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξάραι τὸν ἄνδρα βελόμενος, φησὶ, μόνον ἂν ὅμηρον ἐπαξίως ἐπαίνης εἰπεῖν Σκιπίωνος.

Ex

. . . . . Catonem . . . . . .

*

. . . . . Marcellum . . . . . .

*

Ex Evemero.

. . . . . .

*

Ex Scipione.

. . . . . .

. . . . . .

Ex Elegis.

. . . . . .

. . . . . .

Ex Elegis) Iſidor. Origg. I. c. 38. col. 853. *Elegia cum autem dictum eo, quod modulatio carminis ejusdem conveniat miſeris. Terentianus hoc elegos dicere ſolet; quod clauſula talis triſtibus, ut tradunt, aptior eſſet modis. Hoc autem vix omnino conſtat, a quo ſit inventum, niſi quia apud nos Ennius eo prior uſus eſt. Nam apud Graecos ſic adhuc lex Grammaticorum pendet, ut ſub judice res relegata ſit. Nam quidam eorum Coloſonium quendam, quidam Archilochum auctorem atque inventorem colunt.*

Ex his apparet, Ennium noſtrum, niſi Elegos, certe hoc carminis genere quaedam conſcripſiſſe. Quod adhuc ab omnibus ejus editoribus omiſſum video; unde annotavi.

Ex tragoediis.

. . . . . .

Ex Achille.

Ajax. Fugisti cur?
Vlixes. Quis tibi non est volneratu' ferro Brugio?

*

. . . . . ita magnei fluctus ejiciebantur.

*

Ex Alexandra (seu *Alexandro*).

Hecub. Sed quíd ocolis raberé veisa es derepénte ardentibús

Var. Lect.

V. 4. *Rabere.* Ita emendavit Lambinus, atque in uno Codice legit Muretus. Ceteri corrupte *rapere.* —

V. 1. Scholiastes Anonymus Graevio ab If. Vossio communicatus, in Cic. Or. p. Rosc. c. 30. ad illa: *quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?* ait: *In Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare nolebat: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Vlysses vulneratus inducitur, et fugiens* (ad) *Achillem venit. Cum interrogaretur ab Ajace, cur fugisset, ille ut celaret vitium* (dedecus): *Quis enim vulneratus ferro Frugio.*

Ad eundem hunc Cic. locum Dion. Godofredi, qui Schol. non vidit, ante jam annotavit, verba Ciceronis, fistere versum e vetere tragoedia subodoratus quasi cothurnum.

V. 3. Schol. Anonym. in Cic. Or. Verr. I. 18 ad illa: *ita magni fluctus ejiciebantur*, ait: *Enniano hemistichio ipsis est ex eâ tragoediâ, quae Achilles inscribitur.*

V. 4. Ex Cicerone nobile hoc dedimus fragm. qui de Div. I. 31. et 50. ex antiquo scriptore hos versus affert, eaque a Cassandra pronuntiata esse, alio loco (ib. II. 51. et ad Attic. VIII ep. 11.) ipse testatur. Quae ut Ennii sint, ex eodem Cicerone haud inepte forte probari posse mihi videor, quippe qui in Orat. c. 46. ita: *Itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat*

Patris mei meûm factûm pudet,
pro meorum factorum: *et* Texitur:
Exitiûm examen rapit, *pro* exitiorum; *non dicit* liberûm, *ut plerique loquimur, cum* Cupidos liberûm, *aut* in liberûm loco *dicimus, sed, ut isti voluit:*

Neque tuum unquam in gremium
extollas librorum ex te genus.

De hoc ultimo fragmento supra jam vidimus. Ennii Medeae restitutum est ab omnibus, qui fragmenta ejus collegerunt et illustrarunt, unde et illa

illa ejus esse, recte contendo. Attius enim et Pacuvius, quantum constat, Alexandram fabulam non docuerunt. Ceterum idem hoc fragm. sed timide adhuc, in notis jam attulit Columna, et ad Alexandrum fabulam referendum esse censuit. Sed de hoc lis moveri potest. Communis fertur nimirum inter viros doctos opinio, Euripidem duas fabulas docuisse, Alexandrum et Alexandram, quam Tententiam etiam professus est H. Columna l. c. (cf. nott. Varior. Erud. ap. Hessel.) Locos evolvi omnes diligenter, in quibus alterutrius mentio fit. De Alexandro fabula tria sunt, quae a Fabricio laudantur testimonia. Duo scil. fragmenta ex hac fabula affert Clem. Alex. Strom. IV. p. 353. et VI. p. 449. ed. Lugd. 1616. quod tamen utrumque, ap. Stobaeum Serm. 97. unum, ap. Schol. in Aristoph. Ran. 100. alterum, ex Alexandra citantur, unde et in hujus fabulae fragmentis reposuit ea Barnes. Vnus igitur, isque tertius locus supereſt, ac quidem ap. Aelian. II. 8. qui Ol. 91, 1 Euripidem τετραλογίαν docuisse tradit, qua Alexander, Palamedes, Troes et Sisyphus fabulae contentae fuissent. Ex hoc loco apparere videri possit, Alexandrum fabulam ab Euripide esse scriptam; sed multa sunt, quae me movent credere, hoc drama idem esse cum alio, sub Alexandrae nomine citato. Nam non solum, ut modo ostendimus, fragmenta eadem sub diversis hisce titulis a Stobaeo et Clemente Al. inducuntur, verum etiam de tempore et anno, quo Alexandra fabula data esse possit, ne πρὸ quidem habetur, nec in antiquis scriptoribus et Scholiastis, nec in marmore Arundeliano. Vnde probabile videtur mihi, unam eandemque fuisse fabulam, ob argumentum forte alterutro titulo aut ab auctore ipso inscriptam, aut haud multo post certe ab aliis laudari coeptam. Idque optime congruit cum argumento fabularum, quantum certe ex iis laciniis, quas adhuc relictas habemus, conjicere licet: quae omnes sese referunt ad tempus illud, quo Ilium nondum eversum fuit; igitur objici nequit, Alexandrae fabulae hypothesin forte ad captivitatem ejus, et in Graeciam abductionem esse referendam. Fragmenta, a Columna in Alexandro fabula reposita, fere omnia Cassandram sistunt aut vaticinantem de equo ligneo, qui maximo saltu Pergami muros superaturus esset, aut conquerentem de morte Hectoris germani. In quibus ne unum quidem reperitur, quod ad hujus fabulae hypothesin pertinere non videri possit. Graeca fabula deperdita est; unde διανομὴ dramatis indicari, certaque lex tradi non potest, qua fragmenta singula invicem sese excipere debeant. Enniana fabulae titulus *Alexander* fuisse videtur, ut apparet ex Gellio VI. 5.

Sed haec obiter tantum monere voluimus. Apparet inde, fragmenta, et quae a Columna in Alexandro jam reposita sint. et quae a Cicerone sub Cassandrae nomine laudentur, ad unam eandemque fabulam referri debere. Vnde adjungere ea placuit

Sunt autem versus jambici septenarii, quos anapaesti excipiunt. De

5. Vbei ólla paullo ante ſápiens virginalís modeſtiá?

Alex. Mater óptuma tu, tum mólto molier mélior molierúm!
Supérſtitioſis miſſa ſum ego hariólationibús;

Var. Lect.

V. 6. *mulierum*, abeſt haec vox a plurimis Codd. ſcriptis editisque vetuſtis; addunt Pall. Gallic. Codd. duo, Voſſianus, et ψ (qui idem eſt Balliolenſis, jam ante a Davieſio, ſed non per omnia eàdem diligentia collatus.). —

noſtra ſcriptione pauca tantum dicenda. V. 5. *virginalis* repoſui, ac cum pronomine *illa* conjunxi. Vulgo legitur *virginali'*, ſed hae cum lectione non conſtat ſeptenarius. Facile s littera deleri potuit, quam ſequenti m littera, antiqui frequenter eliſerunt. Ceterum hi priores duo verſus, ut jam Hottinger fecit, Hecubae ſunt tribuendi, certe ab eadem, qua ſequentes, perſona dicti eſſe non poſſunt. Reprehendit filiam mater ob furorem, quo inſanientis inſtar, oculis ardentibus circumvagetur; nec modeſtiae in facie geſtibusque ſtudeat, quae virginibus conveniat.

V. 6. ſqq. Caſſandram ſiſtunt excuſantem, ſe non poſſe mutare iſtum corporis habitum, qui vaticinanti ipſi, divinoque futura praefagiendi furore correptae, optime conveniat. Pergit deinde in ſeqq. ſe haud invitam artem hanc ab Apolline eſſe edoctam, quam olim quidem, bonorum tanquam ſummum maxime exoptandam ſibi viſam, jam, cum inſania apud omnes ſuſpicionem ipſi contraxiſſet, toto animo exſecrare debeat. Vnde juſta ſororum matrisque reprehenſio; unde ipſius dolor ſummus, atque triſtitia ob id, quod matri optimae, ejusque voluntati ſatisfacere non poſſit. *O poëma tenerum, et moratum, atque molle*, exclamat Cicero; ac quis non lubenter eidem ſententiae ſubſcribat?

Optuma tu, cum Davieſio ſic legimus, ex metri ratione. Ceterum eſt graeca dictionis forma, γύναι πασῶν τῶν γυναικῶν πολλῷ κρείττων. — *miſſa ſum*, rarius, pro commiſſa, tradita. *Superſtitioſis har.* h. fatidicis, quae aliis vanae et arioli dicta apparent. Plaut. Curc. III. 27. *Superſtitioſus hic quidem eſt: vera praedicat.* Cf. Cic. de Div. II. 56. Puto ex his Euripidis, quae Barneſ. in Fragm. Alexandrae fabulae repoſuit, Ennium ſua transtuliſſe.

Ἐκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
Θνητοῖσιν, ἔλκει δ' ἅποτ' ἐκ ταυτὸ τύχας.

Ceterum metri cauſa verba tranſponenda curavimus, et vocem *ego* interpoſuimus. In vulgg. ſic habetur: *Miſſa ſ. ſup. har.* in quibus primus pes eſt trochaeus, qui ferri nequit. — *Neque*, pro quo Hotting. *namque*, v. Var. Lectt. Pertinent huc Serviii illa ad Virg. Aen. II. 247. (Dei juſſu non unquam credita Teucris.)

Prae-

Neque me A'pollo fatís fandis deméntem inveitam ciet.
Virginés vero aiqualés patris mei meûm factûm pudét,
10. Optumeí veirei; mea máter tui me miféret, mei pigét.
Optumám progeniem Priámo reperiſti éxtra me: hoc dolét,
Med óbeſſe, ollos pródeſſe, me obſtare, óllos obſequiér.
. . . . . Adeſt,
Adéſt fax obvolúta ſanguine átque incendió!

Var, Lect.

V. 8. *Neque*, ſic conſtanter omnes Codd. et edit. Solus Hottinger ex ingenio, ſenſuque, ut ait, poſtulante, correxit *namque*. Sed fateor, me non aſſequi viri illuſtris mentem. Ingenue profitetur Caſſandra, ſe non invitam artem iſtam praefagiendi ab Apollino accepiſſe, qua ipſa et matri et ſororibus inviſa eſſet. Ex fabulis etiam conſtat, Caſſandram ſub hac tantum conditione, ut futura praedicere edoceat eam, Apollini ſui copiam promiſſiſſe; unde vulgata lectio optime retineri poteſt. — V. 11. *reperiſti*, Davieſ. e MS. Elienſi dedit *peperiſti*, ſed eam gloſſam eſſe, recte vidit Erneſti.

Praecepto Apollinis, qui ſpe promiſſi coitus conceſſa divinitate fruſtratus, ſuſtulit fidem vera dicenti: qui, cum amaſſet Caſſandram, petiit ab ea ejus concubitus copiam. Illa hac conditione promiſit, ſi ſibi ab eo futurorum ſcientia praeſtaretur. Quam cum Apollo tribuiſſet, ab illa promiſſus coitus denegatus eſt. Sed et Apollo, diſſimulata paulliſper ira, petiit ab ea, ut ſibi oſculum ſaltem praeſtaret. Quod cum illa feciſſet, Apollo os ejus inſpuit; et quia eripere deo ſemel tributum munus non conveniebat, effecit, ut illa quidem vera vaticinaretur, ſed fides (ei) *non haberetur.* — Apud eundem Barneſ. in eadem fabula illa hîc ſunt conferenda:

Ἀκριντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
Καὶ πρὸς παθόντων, κἀν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ, μαίνομαι.

Virgines, ſemper apud Ennium ſpondaeus, nunquam dactylus. Cf. ſupra v. 5. *virginalis*, et Annal. I. *Virgines nam ſibei quisque domei Romanu' rapit ſas;* ubi corrigendus eſt Columna, qui repoſuit *virgine'*, ultima littera eliſa, ne creticus pro dactylo poſitus eſſet.

V. 13. ſqq. Caſſandra in furorem incidit, dicens, omnia mala in patriam urbem a Paride proficiſci, unde *fax obvoluta ſanguine*, h. cruenta vocatur. Alludit ad ſomnium quod Hecuba, Paride nondum nato, habuit, quo ſibi ardentem facem partu edere viſa erat. Paridem vero per juventutem inter paſtores abditum latuiſſe, ex fabulis conſtat, quae eaedem perhibent, id eâ cauſſa

15. Moltós annos latuít, cives ferte ópem et reſtinguité.
Eheu!
Vidéte, judicávit inclutúm iudiciúm
Intér deas tris alíquis; quo judício
Lacedaímonia moliér, furiarum una ádveniet.

20. Iamque marei magno claſſis cita
Texitur, exitiùm examen rapit,
Advenit, et fera velivolantibus
Navibu' complevit manu' littora.

Var. Lect.

V. 15. *ferte*, multi cum ſcripti, tum editi habent *referte*, adverſante tamen metro. — V. 18. *treis*. Sic vulgo legitur; ſed noſtram lectionem expreſſerunt *Davieſ.* et *Hottinger*, quibuscum facit ed. Cratandri (Baſ. 1528.), eodemque alludit. E. corrupte ſic habens: *intus de aſtris*.

cauſſà factum eſſe, quia Apollo vocem ediderat, puerum ſi pater tolleret poſtremo natum, excidium Trojae fore, peſtem Pergamo. Cf. Serv. ad Aen. II. 32.

V. 16. ſqq. Apud Cic. l. c. I. 30. Ad eandem fabulam pertinent haud dubie. Sunt verſus iambici, primus ſeptenarius, reliqui ſenarii. Caſſandra hic quoque loquens inducitur, menteque praevidens, quaenam ex judicio, a Paride tribus Deabus dicto, Ilio ſuperventura eſſent mala ac calamitates. Helenam advenientem videt, *furiarum unam*, cauſſam quippe proximam excidii Trojani. Pariter in anapaeſtos diſſolvit Davieſ. hos verſus hoc modo:

Eheu! videte, judicavit inclutum
Judicium inter deas tris aliquis,
Quo judicio Lacedaemonia
Mulier, furiarum una adveniet,

Sed primus eſt jambicus, unde nos per omnes hanc menſuram retinuimus.

V. 20. ſqq. Ejusdem Caſſandrae, ut ex Cicerone apparet. Sunt anapaeſti, nobiles verſus. Graecorum ἄλα δῖαν a Romanis per mare magnum redditum eſſe, monuernnt jam Ob. Gifanius, et de la Cerda ad Virg. Ge IV. 388. Livius in Odyſſea: *arva petrita et mare magnum*. — *Velivolantibus*, verbum audacter compoſitum, more Aeſchyli, Graecorumque. Saepius apud Ennium noſtrum occurrit, ut in Annal. XIV. | *Navibu' velivoleis magno clamore bovantes*, et in Andromacha: *rapit ex alto naves velivolas*. Livius in Helena ap. Macrob. VI. 5. *maria alba velivola*.

V.

Quia máter gravida parére ſe ardentém facem
Veiſa éſt in ſomneis Hecúba, quo factó pater
Mox ípſe Priamú' ſomnio mentis metu
Percólſu', curis ſúmtu' ſuſpirántibus,
Exſácrificabát hoſtiás balántibus:
Tum conjectorem poſtolat, pacém petens,
Ut ſe édoceret, obſecrans Apóllinem,
Quo ſéſe vortant tántai ſortes ſómniúm.
Ibei éx oraclo vóce deiveina édidit
Apóllo: pnerum prímu' qui Priamó foret
Poſt ólla natu', témperaret tóllere;
Eum éſſe exitium Trójai, peſtem Pérgamo.

Var. Lect.

V. 24. *Parere*, ſic vulg. quacum metrum conſtare nequit. Sed Priſc. pluries affert, Ennio et vetuſtiſſimis ſcriptoribus *parire* pro *parere* dictum eſſe. Cf. nos ſupra ad Med. v. 25. — V. 27. *ſumtis*, male editt. nonnullae. V. 29. *Conjecturam*, ſic omnes Codd. Davieſ. V. 30. *doceret*, MSS. nonnulla ap. eumd. V. 32. *Vocem divinam*. MS. Elienſ. ap. Davieſ. V. 34. *Tempora*, *hunc ſi tolleret*. Vulg. Recte emendavit Sigonius. *temperaret tollere*, eaque conjectura confirmata eſt If. Voſſii Cod. quem cf. ad Pompon. Mel. I. 8. Proxime accedit Pal. ſec. ap. Davieſ. ita legens: *temptaret tollere*. Plures alii: *tempora et tollere*.

V. 24. ſeqq. Ex Cic. de Div. I. 21. tacito auctoris nomine; ſed in proxime antecedd. ex poëta noſtro longum attulerat fragm. idem auctor, jamque addit: *Haec etiamſi ficta ſunt a poëta, non abſunt fane a conſuetudine ſomniorum. Sit ſane etiam illud commenticium, quo Priamus eſt conturbatus*. Quia cett. Unde audacter Ennio adſcripſimus. Dictionis ſimplicitas, orationisque color totus Ennianus, ab eodemque auctore, quo ſuperius fragmentum, et hoc profectum eſſe, probant verba *ardentem facem*, ad quae in ſuperioribus adluſerat Caſſandra, dicens: *Adeſt fax obvoluta ſanguine*. — Sunt jambici trimetri. Ad Prologi alicujus perſonam eos referre velim, enarrantis ſtirpem juventutemque Paridis, maximeque memorabile ſomnium exponentis, quo jam Hecuba mater Trojae exitium fore eum praeviderat. | Priamus *mentis metu perculſus*: h. mente metu perculſa (ut *ſuſpenſus animi*, *perculſus animi*, et ſimilia), *ſumtus*, conſumtus *curſuſp.* ſuſpiria efficientibus, anxiis, *exſacr. hoſt. bal.* victimas immolavit.

Ex Andromacha.

Quid enim? quei rempoblicam certo animo adjúverit,
Statúerit, ſteterit cum Acheivis re dúbia, nec
Dubitárit veitam offérre, nec capití pepercerit,
Summum ámeicum, ſummo in bello, ſummo ingenio praiditúm!

40. . . . . O! ingrateificei
Argeívei, inanes Grájei, immemorés beneficí,
Sinitís exolare, ſiviſtis pelli, pólſum patiminí!

*

Ex Thyeſte.

Tántalo prognátu', Pelope nátu', qui quondám a ſocru,
Oínomao rege Híppodameam ráptis nactu'ſt núptiis:

Var. Lect.

V. 42. *Exulare ſinitis.* Cic. — V. 43. *ſocero.* Vulg. — V. 44. *raptu nactus nuptiis.* Vulg.

vit. *Exſacrificare*, pro expiare, vox Enniana, ἅπαξ λεγόμενον, cum ablativo conſtruitur. Apollo eodem ſenſu *conjector* vocatus, quo alias *vates* et *augur* poëtis audit. — *Pacem petere*, de hac formula, in ſacrificiis ſollenni, v. *Briſſon.* de formulis I. 133. — *quo ſeſe vortant*, quid ſpectent, quam vim habeant t. ſ. ſ. ſomnia, quae viderentur res graviſſimas portendere, — *temperaret*, h. moraretur, recuſaret *tollere*, educare eum.

V. 36. ſqq Deſunt nobiles hi verſus apud Column. Scriver. adducit eos inter fragm incert. tragic. p. 173. Eſſe Ennii, probant Ciceronis verba in Or. p. Sext. 57. quae ſtatim verſus hoſce allatos ſubſequuntur: *Tum illa quanto cum gemitu Populi Romani ab eodem paullo poſt in eadem fabula ſunt acta:* O pater, — *et*, Haec omnia vidi inflammari — quae communi omnium virorum doctorum conſenſu, ad Ennii Andromacham referuntur. Ceterum a quo verba haec dicta ſint, facile expediri nequit. Argumentum enim Ennianae fabulae ab illo Euripideae tragoediae hujus nominis prorſus diverſum fuiſſe videtur; neque magna ſatis exinde fragmenta ſuperſunt, ad οἰκονομίαν dramatis reſtituendam. Forte ad Teucrum referenda ſunt, qui ad Ajacis fratris mortem ulciſcendam a Telamone patre in exilium ejiciebatur. Commentario non egent haec verba; optime omnium Cicero in ea commentatus eſt, tenerosque affectus, a poëta expreſſos, in ſe ſuamque cauſſam pulchre transtulit.

V. 45. Iqq. Ap. Cic. Tuſc. III. 12. orationis Ciceronianae tenore exprimuntur, e quo primus verſus eruit Bentlejus. Ad Thyeſten Ennii pertinere eos, Cicero ipſe in ſeqq. ſignificat. Trochaici eſſe videntur, e prologo quodam mutuati. Wolfius in recenſione ſua tantum verba, *raptis nactus eſt nuptiis*, ex poëta expreſſa putat; ſed dubito, an Cicero dixerit ſua oratione *Tantalo prognatus*, *Pelope natus*. De fabula vid. Pind. Ol. I. 113.

V. 46. Nonius ſ. *ſonit*, 'X. col. 768. hoc fragm. ex Ennii Andromacha et Hermaphrodito affert. MS. habet Hymopotide (ſ. Haemopotide), quae vox ſanguiſugam, aut ſanguibibam denotat. Mercerus ad h. Nonii locum legit: *Ennius ex Andromache molotto*; Nam neque cet. Quidquid verum ſit fabulae nomen, Hier. Columna eam nondum ſecrevit.

45. Jóvis iſte quidém pronepos . . . . . .

*

Ex Hermaphrodito Comoedia.

Nam neque iratei, neque blandei quidquam ſincero ſonant.

*

Ex Capeduncula Comoedia.

Huic eſt animus propitiabilis et adolabilis.

*

Ex togatis Tabernariis.

. . . . . .

V. 47. Idem Nonius ſ. *propitiabilis*, II. col. 372. citat ex Ennii Cupiuncula. Hadr. Junius conjicit, eſſe Capedunculam. — *Adolabilis*, Nonius explicat per, *ſine dolore.* Forte legendum: *ſine dolo.*

Ex togatis) Diomed. III. col. 487. *Togata tabernaria a comoedia differt, quod in comoedia Graeci ritus inducuntur, perſonaeque Graecae; Laches, Soſtrata. In illa vero Latinae. Togatas tabernarias in ſcenam ductaverunt praecipue duo, Afranius, et Q. Ennius. Nam Terentius et Caecilius Comoedias ſcripſerunt.* — Liquet igitur ex Diomede, Ennium togatas tabernarias docuiſſe, quarum tamen vix nomen ad nos pervenit.

Jani Douſae Nordervic. ad Commentariolum ſuum ad Horat. Succidanea, p. 682. ap. Cruq. de Afranio: *In quam ſane partem pro caeteris Togatariis omnibus nec ipſo*

Ex fabulis incertis.

Eurypylus. O Pátrocles, ad vós adveniens, aúxilium, et vostrás manus
Petó, priu'quam oppetó pestem malám, datam hostilí manu:
Seu sánguis ullo pótis est pactó profluens consístere,
Seu quá sapientia mági' vostra mórs deveitarí potest.
Namque Aísculapei leíberorum saúciei opplent pórticus:
Non pótest accedí.

Patrocles. Certe Eurupulús hic quidem est: hominem exercitum!

Euryp. Quei alterei éxitiuni parát, sibei cum scíre oportet páratum,
Pestem út participét parem.

Patr. Eloqueré res Argeivúm, proilio ut
Se sústinet?

Var. Lect.

V. 48 *Patrocle.* Ern. — V. 49. *Oppetam mandatam p.* Davief. V. 50. *neque s. u poti'.* Id. — V. 51. *qua* deest ap. Wolf. rescripsit Hermann. — *devitari mors.* Dav. — V. 52. *nam.* Wolf. Sed in Brut. 46. nostram Cicero lectionem profert. V. 53 *Certe . . . . exercitatum*, ap. Dav. et vulg. edit. ad Ciceronem referuntur haec verba. V. 54. *paratam.* Vulg. —

quidem Ennio excepto, palmam idem merito possidere judicatur, de communi priscorum sententia.

V. 48. sqq. Citat Cicero hos versus in Tusc. II. 17. omisso auctoris et fabulae nomine. Dedimus totum locum ex recensione Wolfiana, versuum tantum ordine mutato, ut octonarii omnes fierent. Nihil enim deesse videtur, unde et nulla lacuna in versibus esse debet. Ennii esse putamus haec verba ob locum Cic in Or. 46 ubi eidem poetae, a quo versus ille: *Neque tuum un-*

Euryp. Non pótis ecfareí tantum dictéis, quantum
Facteís suppetit labóris. Quiesce igitúr, et volnus álliga.
Ubei fortuna Hectorís nostram acrem aciém incleinatám.

*

Veideo, veideo te vivum, Vlixes! dum licet,
Ocolis postremum lumen radiatum rape!

*

. . . . . ob Trojam duxit exercitum.

*

Flamma a sapiente facilius ore in ardente opprimi potest, quam bona dicta teneat.

*

Var. Lect.

V. 56. *Non potis . . . laboris*, in modum solutae orationis expressa in vulg. — V. 57. *adliga.* Dav.

unquam cet. profectus est, etiam illa adsignantur: *Namque Aesculapi liberorum . . . .* Nomen fabulae plane incertum. Fundus eorum, quae leguntur, haud dubie apud Homerum in Il. XI. 828 sqq. ubi Eurypylus ad Patroclem ita:

Ἀλλ' ἐμέ μὲν σάωσον, ἄγων ἐπὶ νῆα μέλαιναν·
μηρῦ δ' ἔκπταμ' ὀϊστὸν, ἀπ' αὐτῦ δ' αἷμα κελαινὸν
νίζ' ὕδατι λιαρῷ· ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,
ἐσθλὰ, τά σε κ. τ. λ.

Forte ad Hectoris Lustra referenda.

V. 59. sq. Cic. de Or. III. 40. allato alio fragmento sub Ennii nomine, in v. 60 his verbis commentatur: *non dixit* cape, *non* pete; *haberet enim moram sperantis, diutius esse sese victurum; sed* rape. *Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat:* dum licet. — v. 59. supplevimus ex alio ejusdem Cic. loco in Acad. IV. 28. *Quid ille, qui,* Video, video te vivum, Vlysses, dum licet, *nonne etiam bis exclamavit, se videre, cum omnino non videret.* — Verba videntur esse alicujus, qui Vlyssem moribundum accedit, eumque ultimos vitae halitus carpere adhortatur. — *Lumen radiatum*, h. ex radiis solis emissum. Non assequor Mureti mentem, qui Var. Lectt. XI. 9. *radiantis* emendare proponit.

ob Trojam) Festus l. XVI. s. *ob.* Ob *praepositio . . . . alias pro* ad *ponitur*, ut Ennius: Ob Romam noctu legiones ducere coipit, *et alibi*, Ob Trojam duxit exercitum. Ex tragoediis esse videtur.

Flamma): Cic. de Or. II. 54. *Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. Dicere enim ajunt Ennium*, flammam.

Habeo istam ego perterricrepam . . . . . .

*

Persuasit animo vinum, Deu', quei molto est maxumus.

*

. . . . . inque manum suremit hastam.

*

Sic memini veidere, novi probare . . . . . .

*

Deu', quei templa cailei summo sonitu concutit.

*

mam . . . . teneat: *haec scil. bona dicta, quae salsa sint: nam ea dicta appellantur proprio jam nomine.* In incertis Euripidis fragm. ap. Barnes. simile quid e Stob. Serm. 13. citatur: Ἀτὰρ σιωπᾶν τά γε δίκαι' ἐ χρή ποτε.

Habeo). Cic. Or. 49. *Immo vero ista sequamur, asperitatemque fugiemus:* Habeo istam ego perterricrepam . . . *Idemque*, versutiloquas malitias. — Verba ultima ex Ennio petita esse, apparet ex Cic. de Or. III 38. unde propter τὸ *idem*, et priora Ennio adscribere volui. — *Perterricrepam*, eodem, vocabulo usus est Lucret. IV. 128. *Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem.*

Persuasit) Festus s. *metonymia. M. est tropos, cum ab eo, quod continet, significatur id, quod continetur, aut superior inferiore, et inferior superiore . . . . A superiore inferior, ut Ennius:* Cum magno strepitu Volcanum ventu' vegerat. *Ab inferiore superior, ut* Persuasit — Jos. Scaliger reposuit: *P. nox, vinum* — Cui simile est illud Terentii in Adelph. III. 4. 24.

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia humanum est.

Euripidis ex Auge fabulam profert Stob. Serm. 18. similem sententiam:

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ', ὁμολογῶ δέ σε
Ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐκ ἀκούσιον.

inque) Festus Fulv. Vrsini ap. Godofr. p. 184. *Suremit* pro *sumsit.*

Sic) Donat. ad Andr. II. 5. 8. Memini videre *pro* vidisse *Ennius:* Memini me tum fieri pavidum. *Alibi sic:* Memini videre, non probare. — Videntur itidem verba Ennii, quae ita citantur in edit. Veneta 1490. *Alibi:* Sic memini videre, novi probare. Hinc dubio rectius. *Westerh.*

Deu') Donat. ad Eun. III. 5. 42. At quem Deûm? qui templa caeli summo sonitu concutit, ait: παρῳδία *de Ennio.* Alii hûc referunt locum se-

Ex prorsus incertis libris.

. . . . . ad eum aditavere.

*

. . . . . avium volgus . . . . . .

*

. . . . . hastarum volgus . . . . . .

*

. . . . . salsu' sudor . . . . . .

*

. . . . . latrare . . . . . .

*

. . . . . fereinunt . . . . . .

*

. . . . . scecidit . . . . . .

*

secundi Annalis: *Quom tonuit laivom bene tempestate serena, Contremuit magnum templum Jovis altitonantis.* Alii illum primi libri: *ad caili coirula templa.* Sed nullus παρῳδίαν exprimere videtur.

ad eum) Diomed. I. col. 336. de iterativa forma verborum: *Item adeo, adis: hoc iteramus, adito, aditas, dictitantes ut Ennius:* Ad eum aditavere.

avium) Serv. ad Aen. I. 190. vocem *volgus* pro multitudine ab Ennio usurpatam fuisse tradit.

salsus) Serv. ad Aen. II. 173. *Hoc Ennius de* Lamis *dixit.* Forte leg. *lacrumis.*

latrare) Festus: Latrare *Ennius* pro poscere *posuit.* — Adducitur ad hunc locum versus Ennii e nono Annali: *animusque in pectore latrat.* Sed verisimile non est, Festum ad eum allusisse, aut, si allusserit, perperam id fecisse, certum est. Hic enim *latrat* non i. q. *poscit*, sed tumultuatur; quum autem Festus dicat, *Latrare Ennius pro poscere posuit*, expressus est locus Odysseae, Κράδιη δ' ὅτ' ἔνδον ὑλάκτει. *Dacier.*

fereinunt) Festus: redinunt *significavit* redeunt. Ennius: . . . redinunt in patriam . . . eunt feri . . . Supple: *idem etiam* prodinunt, *pro* prodeunt, ferinunt *pro* feriunt. *Id.*

scecidit) Gellius VII. 9. pro scindit. Cf. Gronov. ad h. l. qui vocem *et* post verba *Ennius quoque*, in textu Gellii, MS. regii auctoritate spuriam esse censet.

sto-

. . . . . floreos . . . . . .

. . . . . breviloquentia . . . . .

. . . . . mundei clupeus . . . . . .

. . . . . quo sospite leiber.

. . . . . .

III. *Fragmenta dubia.*

Ex primo Annalium.

. . . . . .

. . . . . .

floreos) Serv. ad Aen. XII. 605.* flavos Lavinia crinis — *Antiqua lectio* floreos *habuit*, i. e. florulentos, pulchros; et est sermo Ennianus.

brepiloq.) Gell. XII. 2. Hanc vocem esse Ennianam, Annaeus Seneca testis est, ap. Gell. l. c. qui ab Ennio mutuasse eam Ciceronem notat, eumque graviter ob id perstringit.

mundei) Apulej. de Deo Socr. *Suscipientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo* —. Sic etiam in Iphigenia: *In altisono cailei clupeo.*

Quo sospite) Festus s. *sospes*, non addito libri nomine, unde sumtum est.

Ex primo Annalium) Dionys. Hal. I. 34. Εὔξενος δὲ ὁ ποιητὴς ἀρχαῖος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἰταλικῶν μυθογράφων ὑπ' αὐτῶν ὀιονται Πισατῶν, διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ παρά σφισι Κρονίου, τεθῆναι τῷ τόπῳ τοὔνομα, καὶ τὸν βωμὸν τῷ Κρόνῳ τοὺς Ἐπειοὺς ἱδρύσασθαι μεθ' Ἡρακλέους· ὃς ἔτι καὶ νῦν διαμένει παρὰ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου κατὰ τὴν ἄνοδον, τὴν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς φέρουσαν εἰς τὸ Καπιτώλιον· τήν τε θυσίαν, ἣν καὶ ἐπ' ἐμοῦ Ῥωμαῖοι ἔθυον, φυλάττοντες τὸν Ἑλληνικὸν νόμον, ἐκείνους εἶναι τοὺς καταστησαμένους.

Pro nomine Euxini Codex, e quo Lapus Biragus Florentinus Dionysium latine versum edidit Tarvisii 1480. — legit Ἔννιος, nec absurde, ut Sylburgius judicat. Latinum enim, non Graecum poëtam citari, indicant sequentia, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἰταλικῶν μυθογράφων Unde et Vossii auctoritas hic momentum habere nequit, qui multos Graecorum priscas res Italicas tractasse objicit; nam manifeste Ἰταλικοὺς μυθογράφους, Italicos scriptores, non rerum Italicarum, significat Dionysius. Forte ad Annalium primum ref. ubi de Hercule et Saturno loquitur Ennius.

Qua moirum fierei voluit, urgentur in unum.

. . . . . Acherusia templa,

Quo neque permanent animai, neque corpora nostra,
Sed quaidam simolacra modeis pallentia meireis.

. . . . . .

Qua moirum) Nonius, s. *urgere*, IV. 719. ex Varrone de rebus humanis citat: *Qua . . . . urgemur in unum.* Aus. Popma ex libro Annalium primo, esse putat eumque cum aliis sic conjungit:

Qua moirum —
Quam soivo obsidio magnum Titana premebat
Juppiter, ut moiro fretu' magi' quam de manus impe. (manuum vei)

Quibus versibus Ennius hoc fortasse voluit dicere: Romulum cum initio populis finitimis inferior viribus esset, suos unum in locum conduxisse, et Palatinum montem saxo munivisse in speciem quadratam; sicut olim fecerat Juppiter, cum obsidione premeret Titana, parum fretus imbella Cretensium multitudine. *Auson. Popm.*

Acherusia) Sunt versus Lucretii, de rer. nat. I. 121 sqq. qui integri sic audiunt:

Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa
Ennius aeternis exponit versibus edens:
Quo neque permanent animae, neque corpora nostra,
Sed quaedam simulacra, modis pallentia miris:
Unde sibi exortam semper florentis Homeri
Commemorat speciem, lacrumas effundere salsas
Coepisse, et rerum naturam expendere dictis.

Ennii nostri versus aliquot inter hos latere videntur. Idque satis poeta ipse indicare videtur, per vocem *edens*, qua loquens persona inducitur aliena; idque probat mutatus orationis habitus in seqq. ubi referentis iterum personam suscipit Lucretius, *Unde sibi* cett. In primo versu pariter Ennii sententia afferebatur, nec tamen propriis auctoris verbis, unde Lucret. addit: *exponit esse* cet. quae aliena verba ac sententias citandi formula deest in seqq. ubi potius per vocem *eodem* indicatur, propria auctoris verba afferri. Quibus rationibus adductus, Ennio versus adscribere, eosque ita, ut dedimus, a Lucretianis sejungere mallem.

Ultimum Virgilius saepe imitatus est Ge. I. 478. — *et simulacra modis pallentia miris.* Aen. I. 357. *Ipsa sed insomnis inhumati venit ima-*

. . . . . Musarum

Pompeiliu' clueo . . . . . .

. . . . . *

Ex libro quarto.

Ardent urbem orbam . . . . . *

Ex libro undecimo.

. . . . . Cereris aire

Quin mundai . . . . . *

imago Conjugis, ora modis attollens pallida miris. Cf. VII. 89. X. 888. Ad Annalium librum primum referendum hoc fragm. quo Ennius ipse fingit, apparuisse sibi imaginem Homeri pallidam lucidamque, et lacrymas effundentem.

Musarum) Nonius f. *cluet*, II. col. 533. ubi vulgo vitiose effertur *clueor*, cum verbum sit passivum, forma activa. MS. ap. Hadr. Iun. *clueo*. Ad Numam Pompilium in Annalibus refer, qui cum Egeria rem habuit, Musarum una. Ovid. Met. XV. 487. 550.

Ardent) Cic. Orat 27. *Quod quamquam transferendo sit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius*, arcem et urbem orbas: *alio modo, si pro patria urbem dixisset.* — Verba ultima Codd. duo Palatini sic efferunt: *alio modo*, Ardent urbem orbam, *si patriam ardere dixisset.* Probat Gruterus, quod de Roma a Gallis incensa sermo sit. Prius illud in Ennii Andromache legitur: *Arce et urbe orba fum.* Alterum referendum esse, si vera est lectio, ad Annalium quartum a 365. V. C.

Cereris) Ex Festi loco corruptissimo hoc fragm. hic reponere ausus sum. Festi verba ex Cod. Farnes. ap. Dacier. haec sunt: *Mundus etiam mulieris . . . . poteſt. Accius: Cum virginali mundo clam patre. Ennius: Idem loco navibus celſis munda facie, atque etiam aere Cereris. Qui mundus appellatur, qui ter in anno ſolet patere.*

Paulus Diaconus haec ita rescripsit: *Mundus appellatur caelum, terra, mare et aër. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius eſt, quam quod moveri poteſt, mundus quoque appellatur lautus et purus. Atejus: Cum virginali mundo clam pater . . . Ennius: idem loco navibus celſis, munda facie, atque etiam aere.*

Jam ex Ennii Annali secundo seqq. versus apud Festum laudantur:

Oſtia

Ex incertis Annalium, ut videtur.

Confricatei, oleo lentatei, parateique ad arma.

. . . . . *

. . . . . mare ſaxifrageis undeis.

*

Oſtia moenita eſt; Idem loca navibus celſeis
Munda facit, nauteisque mari quniſcentibu' peitqu.

Quorum Paullique Diaconi ratione habita, P. Merula, quem et Dacierus sequitur, locum Festi ita correxit: *Mundus appellatur coelum, terra, mare, et aër, quia non alius eſt, quam quod moveri poteſt, Mundus etiam dicitur ornatus muliebris. Attius:* Cum virginali mundo clam patre . . . *Mundus quoque appellatur lautus et purus. Ennius:* idem loca navibu' celseis Munda facit, nauteisque mari . . . . Splendida sane emendatio, quae ingenium viri acuti satis ostendit. Sed vereor, an cum Festi schedis conveniat, in quibus vox *Cereris* post *aere* reperitur. Equidem duos Ennii locos a Festo hic prolatos esse puto sic: *Ennius:* Idem loca navibus celseis Munda facit, *atque etiam*, Cereris aere Quin mundae. — Rro *qui* ap. Festum jam Dacier. voluit reponere *quin*, et secunda vox *mundae*, facile cum sequenti *Mundus* potuit confundi, indeque e textu migrare. Quae nostra emendatio et Festi schedis respondet, et cum historia convenit. Livius enim l. XXXIII. 25. scribit, L. Furio Purpurio, et M. Claud. Marcello Coss. (a. 557. V. C.) ex argento mulctatitio tria signa aenea Cereri, Libero et Liberae posita fuisse ab Acilio Glabrione, et C. Laelio Praetoribus. Referendum igitur est hoc fragm. ad Annalium undecimum.

confricatei) Serv. ad Virg. Aen. III. 384. simpliciter ex Annalibus citat, quos ad Ennium Barthius in nott. ad Claud. Cons. Mallii, Burmannus autem ad Cassium Heminam referre vult: sub judice adhuc lis est. Equidem Barthio accedere propensior. Facilius enim Ennii nomen potuit taceri, quam alius cujusdam, minus celebrati; frequentiusque hunc poëtam expressisse Maro reperitur, quam alios. Barthius sic metrum restituit:

. . . . . *fricatei*
Lentateique oleoque ad arma paratei.

Ego sic:

. . . . . *confricatei,*
Lentatei [milites], *oleoque ad arma paratei.*

mare) Habet Cic. de Or. III. 42. sine auctoris nomine; sed proxime ante Ennii citaverat illud: *Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*

Jamque adeo ſuper unus eram; cum limina Veſtae
. . . . . .
Ultricis flammae, et cineres ſatiaſſe meorum.
. . . . . .

Ex Scipione.

Virtu' Scipiadai, et miti' ſapientia Laili.

Iamque) Sunt verſus Virgilii in Aen. II. 567-88. Servius e Cod. Fuldenſ. ap. Burmann. ita ad h. l. Ignibus aegra dedere. *Poſt hunc verſum hi verſus fuerunt, quos Tucca et Varus* (Varius) *obliti ſunt*: Jamque adeo ſuper unus eram etc. *verſus enim refert usque illum*: Talia jactabam cet. *in quibus hae variae lectiones.*

Aſteriſcus, quo haec verba ap. Burmannum notata ſunt, locum corruptum ac mendoſum eſſe indicat. Quid? ſi pro *enim* legas *Ennii*; nam in Codd. procul dubio ſcriptum fuit *eni*, quod pro *enim* ſumſerunt librarii. Sic omnia cohaerent in textu Serviano. Eodem modo haec vox ap. Varron. l. VI. p. 83. corrupta eſt, ubi legitur: *Quare a tuendo et templa et teſca dicta, cum diſcrimine eo, quod dixi. Etiam inde idem illud enim extemplo acceptum me necato et filium.* Acute ac ingenioſe Ioſ. Scaliger hic emendavit: *Etiam indidem illud Ennii:* Extemplo cet.

A facilitate ſua magnam hanc conjecturam habere probabilitatem nemo non intelligit. Nota ſunt, quae Viri docti de hoc loco, ac de Codd. MSS. ad eam annotarunt. Eſſe Virgilii hos verſus, omnes conveniunt; ac hoc ſatis jam pro nobis loquitur. Qua eadem cauſſa adducti, caſtigatores Virgilii hos verſus omiſiſſe videri poſſunt. Ex Euripidis Oreſte colores ſuos petiſſe poëtam, res ipſa docet, quem an Ennius inter alias Euripidis fabulas verterit, litteris ſcriptis traditum non eſt: forte cum ipſo dramate, et nomen fabulae intercidit. Ceterum ex Annalibus multa ſub initium de Trojanis rebus narraſſe videtur auctor. Sed haec omnia incerta: Viris doctis, ſuſpenſo noſtro judicio, hac de re videndum relinquimus.

Virtus) Reperitur verſus inter Horatianos Sat. II. 1. 64. quem vel Ennium, vel Lucilium ſapere, autumavit jam Baxterus ad h. l. "Ut tumidum, per transitum decidere cum Flaccus videtur." Forte initium fuit Enniani encomii in Scipionem.

Emo-

Ex Epicharmo.

Emorei nolo, ſed me eſſe mortuum, nihil aiſtumo.

Ex Saturis.

Non fruſtillatim, nec minutatim darei.

Ex tragoediis.

Ex Hecuba.

. . . . . hoc dolet, piget, pudet.

Emori) Cic. Tuſc. I. 8. *Quae tandem eſt Epicharmi iſta ſententia,* Emori etc. Epicharmi verſiculus extat ap. Sextum Empiricum adv. mathemat. p. 54.

Ἀποθανεῖν, ἢ τεθνάναι, οὔ μοι διαφέρει.

Haerent interpretes, quomodo auctor hunc verſum ita reddere potuerit, ut a Cicerone affertur. Multi igitur emendarunt, e. g. Davieſius ſic ſcribendum eſſe putat:

(Πόῤῥω μὰν) ἀπῇ θανεῖν, ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει.

Quid? ſi Ennii eſſe verſum putemus?

Non) Nonius II. col. 547. *Fruſtatim, et fruſtillatim pro fruſta, ut minutatim. Pomp. Verre: Verum illi valent, qui luctantur cum leonibus, Vt te objectes fruſtatim paſſerinum prandium ſaturarum, non fruſtillatim, ſed minutatim dari.* Hadr. Iunius ap. Godofr. hunc locum ita correxit: *prandium, Lucillius Saturarum*; unde et Jan. Douſa inter Lucilii fragmenta repoſuit. Ego vero mallem: *Ennius Saturarum.* Scriptum ſcil. fuit: *prandium. eni Saturarum*, quam vocem *eni*, inſcius quidam librarius, ſimilitudine ſyllabae *um* in *prandium* deceptus, omiſit. Certe facilius *eni* potuit confundi cum *ium*, quam *Lucil.*

hoc dolet) Apud Quint. Inſt. IX. 3. ex recenſ. Burmanni, hoc fragm. ex Hecuba allatum eſſe videtur. Convenit cum Graeco Euripidis V. 550.

. . . . . ἐν νεκροῖσι γὰρ
δόλῃ κεκλῆσθαι, βασιλὶς ὃς αἰσχύνομαι.

unde Ennii eſſe videri poſſit. Accius enim Hecubam propria Minerva fecit. Sed vix arbitror Burmanni lectionem

Ex Thyeste.

Cum te éxpetebant ómnes florentíssumo
Regnó releiqui: nónc desertum ab ómnibus
Summó periclo sóla ut restituàm paro.

*

Ex Achille.

Sileteque, et tacete, atque animum advortite!

Ex Comoediis.

Ex Herularia.

Praicisum, omasum, pernam, callum, glires, glandia.

*

nem esse genuinam. Sunt enim Quintiliani verba: *Sed in quaternas quoque ac plures haec ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis verbis*, haec cubat (pro quo Burmannus vult: *Hecuba*, quaternionis nulla ratione habita) dolet, pudet, *et*, abiit, excessit, erupit, evasit. Haec verba tuentur lectionem vulgatam; ex Codicibus ignoro, an quaestio possit componi.

Cum te) Auct. ad Heren. II. 25. tacito auctoris fabulaeque nomine, hoc tristichon habet: Lambinus ad h. l. nescio unde, a t: *Haec sunt ex Thyeste Ennii, suntque Atrei* (?) *verba ad Thyesten.*

Sileteque) Plaut. in Poenul. init.

Achillem Aristarchi commentari lubet,
Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia;
Sileteque —

Forte Ennii, qui Achillem ex Aristarcho vertit.

Praicisum) Nonius II. col. 569. *Praecisum et omasum carnis et viscerum. Naevius Anlularia* (pro hoc MS. *Ennius Erularia*, al. MS. *Herularia*, al. MS. *Carbonaria*): Praecisum cet. — *Lucil.* XX. Illi praeciso atque epulis capiuntur opimis. — Conferendus Plautus in Carbonaria ap. Festum. *Edo pernam, sumen, sueres, spetile, callum, glandia.*

For-

Ex Penthesilea.

Formidabant objurare . . . . . .

*

Ex plane incertis.

Signa canunt . . . . . .

*

Milites in hasteis . . . . . .

*

Emicuit, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.

*

Vos estis minimai, nisi numero perbiterint.

omnes mortales festi laudem exoptant Augustae de Trinit. XIII, 1 et 2

Formidabant In schedis Festi habetur: Objurare *antiqui pro aditu . . . . ponebant, ut est in . . . . Pentesilea:* Formidabant objurare. Lege: *Ob. ant. p. adjurare.* Deest tantum nomen poëtae, cujus citatur Penthesilea, sive Ennius sive Accius, sive Pacuvius. *Dacier.*

Signa) Varro VI. p. 87. *Canes, quod latratu signa dant, ut signa canant, canes appellatae; et quod ea voce indicant, quae noctu latent. Latratus appellatus. Sic dictum in quibusdam veteribus, ut*, una canes, una trabes. — Non putarunt, hunc locum mendosum esse, qui tamen ita legendus est: *quod latratu signa dant, ut*, Signa canunt . . . Citat enim illud commatium ex Ennio, ut puto. *Jos. Scaliger.*

milites Cortius ad Cic. Epp. I. 1. 7. ex Ennio hoc frágm. laudat, sed unde locum depromserit, hactenus non mihi liquet.

emicuit) *Ennius ap. Serv. Aen.* VI. Emicuit. — Sic citat *Hofmann* ad Orac. Sibyll. VIII. p. 683. ed. Galilaei. Sed videtur esse ad Eclog. VIII. 106. annotatum.

Vos estis) Sic ex corruptissimo Festi loco dedit Dacier. p 288. Sed nimis multa deesse arbitramur, quam

Dicitur Minerva tantum ob vitiatam Caſſandram in templo ſuo, ſolius Ajacis poena non fuiſſe contenta, ut poſtea per oraculum de ejus regno quotannis unam nobilem puellam jusſerit Ilium ſibi ad ſacrificium mitti, et, quod eſt amplius, de ea tribu, de qua Ajax fuerat; ſicut Anneus Placidus refert.

* . . . . . .

quam ut ullo modo locus reſtitui poſſit.

Dicitur) Serv. ad Aen. I. 40.

Pro nomine illo Pet. Daniel. et Ge. Fabricius *Ennii* nomen efferunt; nec haec lectionum varietas diſplicuit Burmanno, qui forte ſic legendum eſſe autumat: *ſicut Ennius latius refert.* De Anneo Placido nihil legimus in monumentis antiquitatis; praeter hunc Servii locum, ne nomen quidem occurrit apud ullum veteris memoriae ſcriptorem. Vnde forte haud temere Ennii auctoritas hic reponitur. Notavit jam *Scriver.* hunc Servii locum in Addendis ad Ennium, ſed ſine lectionis varietate indicata.

THESES.

ADDENDA.

Ad pag. 72. l. 9. De iisdem his verſibus Brunckius (in nott. ad Med. p. 400.) ita: *At nec in Medea leguntur, nec quì in ea locum habere potuerit iſta ſententia, video. In Regio Stobaei cod. praefixum his verſibus lemma* βιότε ἐκ Μηδείας. *Quod adponi debuit Poëtae nomen, depravatum eſt. Medeam docuere apud Graecos plures.*

EMENDANDA.

P. 2. l. 19. Lege: *Protreptici* pro *Proteptici.*
p. 40. not. 3. l. 5. infr. l. *eosque* p. *easque.*
p. 50. l. 5. infr. l. *nocti'* p. *nocti.*
p. 53. l. 3. l. *pedetentim* p. *pedetentium.*
p. 63. l. 3. infr. l. *acatalecticis* p. *acatelecticis.*
p. 76. l. 14. infr. l. 386. p. 286.
p. 82. in Var. Lect. l. 3. infr. l. *herile* p. *herila.*
p. 84. ibid. l. 2. l. *proponit* p. *proponi.*
p. 87. l. 2. infr. Supplendus capitis numerus poſt *Rabir.* 11.
p. 101. l. 2. l. *transvorſa* p. *transvérſa.*
p. 104. in not. ad v. 3 lin 9. l. *tertium* p. *primum.*
p. 108. Lib. IX. In verſu corruptiſſimo forte legi poteſt: — *poſt at Marcu' quam* — ita ut talis ſenſus oriatur: *isque dies;* (quae pertinent ad narrationem in ſuperiore verſu commemoratam, qua nos quidem caremus) *at poſtquam* (divulſe, ut Ennii mos fuit, e. g. alibi: *telo cere comminuit brum* dixit pr. *comminuit cerebrum*) *Marcus regna recepit . . . .* Caetera ad explendam ſententiam deſunt.
p. 110. in not. col. b. lin. 5. l. *nam me* p. *namque.*
p. 112. l. 2. l. *lutoſas* p *latoſas.*
p. ead. col. 6. l. 12. verba; *Ennium — conſtat* non ſunt Servii.

THESES.

I.

In re Critica Veteris Teſtamenti verſiones veteres plus auctoritatis habere, quam Codices ebraeos.

II.

Celſum Evangeliorum, quae in noſtro Canone continentur, notitiam habuiſſe nullam.

III.

Ex Proteſtantismi, ut vocant, principiis libros ſymbolicos nullos neque eſſe conſtituendos, nec umquam conſtitui debuiſſe.

IV.

Patres primorum trium ſeculorum non poſſe liberari culpa corruptae per Platonicas ſententias theologiae.

V.

V.

Ex adverſariorum, qui tribus primis ſeculis fidem Chriſtianam impugnarunt, teſtimoniis argumentum duci poſſe nullum pro authentia librorum Novi Teſtamenti.

VI.

Librum Jonae, qui inſcribitur, non ex fabulae ſolum, verum etiam ex mythi alicujus hiſtorici ratione eſſe explicandum.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
0021062315